Adnotationes criticae

ad

recentiores Leocrateae Lycurgi editiones.

Dissertatio inauguralis

quam ad summos in philosophia honores

ab

amplissimo philosophorum ordine Monacensi

rite impetrandos

proposuit a. d. VII. Kal. Jun. 1903

Otto Gebhardt

Donaverdensis.

Baruthi,

ex officina Laur. Ellwangeri

1904.

Adnotationes criticae

ad

recentiores Leocrateae Lycurgi editiones.

Dissertatio inauguralis

quam ad summos in philosophia honores

ab

amplissimo philosophorum ordine Monacensi

rite impetrandos

proposuit a d. VII. Kal. Jun. 1903

Otto Gebhardt

Donaverdensis.

Baruthi,

ex officina Laur. Ellwangeri

1904.

Adhibui hasce Lycurgi editiones recentioris aetatis: C. Rehdantz Lips. 1876, Th. Thalheim Berol. 1880, A. Nicolai 1885, A. Cima Taurini 1896 **Fr. Blass Lips. 1899,** D. Nosenzo Mediolani 1901. — Syllogae Dittenbergerianae inscr. Att. praesto mihi fuit altera editio, Lips. 1898. Ceteri qui pertinent libri in disputationibus ipsis adnotantur.

Duo maxime vitia cavere nos decet in constituendo textu scriptoris alicuius veteris prorsus inter se diversa, in quae facile incidere possimus, nimiam pertinaciam, quae vel ultra leges usumque dicendi perstat in conservando textu eo, quem praebent libri manuscripti, et studium illud nimis acre, quo omnes prope lectiones in dubium revocans corrigere velis.

Non mediocriter Leocratea, quam tractandam nobis proposuimus, experta est hoc, quod altero loco dixi erratum, quod tantopere irrepsit, ne dicam invasit in eius orationis textum, ut vix esse dicas ullum versum, cuius hoc vel illud vocabulum ab aliquo interprete aut editore commutatum vel elisum non sit. Maxime docti illi Batavi, imprimis Cobet, Es. Herwerden aliique exercebant huius generis artem criticam, qui viri, etsi optime de scriptoribus et Graecis et Latinis meritos esse eos fatemur, tamen in illa re non ita sunt laudandi, quia ad tantum commutandi et eradendi ardorem progressi sunt, ut saepius in eo textu, quem illi restitui volunt, imaginem eius textus, quem offerunt codices, vix recognoscas. Suo igitur iure editorum nostratium Rehdantz magna voce revocare coepit interpretes a ratione Batavorum monens non mutationibus illis in infinitum diffusis, sed sanationibus diligenter factitandis opus esse Leocrateae. Quam sanationem contineri inquisitione fidei codicum non minus quam accuratissima usus dicendi observatione, quis est qui neget?

Sed haud scio an neminem invenias scriptorem Atticum, cuius de codicibus brevi spatio paucorum annorum tam varia tamque diversa iudicia ac sententiae dictae sint quam de Leocrateae libris manuscriptis. Neque ullius credam scriptoris Attici textus tractationem tam proprie dici novam quasi vel recentem aetatem inisse quam hanc orationem. Duae enim res ante hos fere octo et viginti annos concurrerunt, quibus novae quasi textus tractandi viae apertae sunt. Nam cum usque ad illud temporis

quinque maxime codices Crippsianus A, Laurentianus B, Marcianus L, Ambrosianus P, Vratislaviensis Z (quibus sextus particulatim adhibitus addatur Burneianus M) tamquam fundamenta essent, quibus promiscue utebantur editores, suo quisque arbitrio in textu construendo, tum magis ac magis intellegentes Meier, Scheibe, Blass aliique non omnes una eademque dignos esse auctoritate quaerere coeperunt, num quo necessitudinis vinculo codices illi varii inter se cohaererent et unde suam quisque originem traheret. Nec successu caruerunt illae quaestiones. Doctissimis illis viris, Thalhemio, Blassio, Jernstedtio (vide ann. Fleckeis. 115, 673 sq. — ed. Antiph. Blassianam, praef. p. VII sq. — edit. Antiph. Jernstedt. p. XI sq.), quibus non ultimus annumeretur Hug, qui ad Antiphontis codices convertit eiusmodi quaestiones, maxime debetur, quod nunc constat codices B, L, M, P, Z pendere ad unum omnes ex codice Crippsiano A eosque ideo nihil valere ad textum construendum. Qua re penitus cognita ut simpliciores fiebant rationes textus ex codicibus constituendi, ita eo, quod Blass sub iisdem fere temporibus partes magnas Leocrateae in codice Oxoniensi N, qui codex usque ad id temporis solum ad Antiphontis Dinarchique textum emendandum adhiberi posse videbatur, invenit, rationes denuo ad varias tamquam diversasque vias dilatae sunt. Aegre enim ferebant docti, quod Blass, qui novum textus apparatum perscrutatus erat, multo pluris aestimandum esse censebat codicem N illo codice A, ad quem principatus delatus erat.

Primus quidem Rosenberg in programmate Ratiborensi 1876 quid senserit de inaudito Blassii iudicio, explicat. Etsi praeiudicium se afferre negat, tamen magnopere in dubium vocans Blassii erga codicem N benevolentiam hunc codicem utpote ex fonte puriore non haustum nihil plus praebere sanationis quam ceteros codices opinatur.

Rehdantz autem prorsus repulsa Blassii sententia minimi aestimat codicem in lucem prolatum neque, cum illi loci codicis N, qui discrepantes ab codice A meliores praebent lectiones, grammatici cuiusdam manum redolere ei videantur, quidquam auctoritatis in editione sua ei concedit.

Et Thalheim, quamquam concedens codicem Oxoniensem N ex Crippsiano A non pendere et nonnullis locis, ubi a codice A differt codex N, hunc sequens tamen editioni suae codicem A subicit, similiter coniectans ac Rehdantz permultos illorum locorum,

quibus differat N ab A, manum grammatici correctoris expertos esse; praeterea A codici N et aetate antecedere et scribendi accuratione praecellere ei videtur. (vide ed. Lyc. Thalh. Berol. 1880 praef. p. VII.) Eandem Thalhemi sententiam defendit etiam Kaibel in recensione editionis Thalhemianae (Deutsche Literat.-Zeitung 1881 Nr. 5).

Quas tantas controversias recte ac prudenter disceptasse mihi videtur doctus ille Cohn, qui eis, quae affert ad Lycurgi orationem (Hermes XXII p. 58 sq.) non minus acute quam copiose defendit Blassianam rationem idque multo evidentius quam Blass ipse, qui neque omnes in comparandis codicibus A et N contulerat locos, nec quid utrique manuum earum, quae versatae sunt in codice Oxoniensi, adscribendum esset, discreverat. Accuratissime autem distinguendo primam manum ab altera illa recentioris aetatis (N^2) Cohn refellit Rosenbergii Rehdantziique iudicia, docens ex illis locis, quos ei viri attulissent, non licere iudicium ferre de auctoritate codicibus attribuenda, quia illi loci alteram posterioris aetatis manum ostentent, quae manus propter ipsam illam aetatem nihil pertineat ad diiudicandam auctoritatem codicum ipsorum. Exordium autem sumens ab eo, quod constat utrumque illorum codicum pendere ab uno eodemque codice archetypo, has quaestiones solvere studet, uter codex propius accedat ad archetypum et utri plures insint loci aut corrupti aut librarii mutantis manu emendati. Ipsas mutationes dividit in consulto factitatas et leviter ac temere in textum illatas. Disputans etiam de collocatione verborum, qua non raro dissentiunt inter se N et A, Thalhemium, qui haud verisimilem attulit coniecturam codicis N librarium consulto discessisse a collocatione vocabulorum codicis A, quae insolita, sed ob hoc ipsum vere proprieque Lycurgea esset, ipsum sibi non constitisse ostendit, quia § 22 in textum receperit collocationem usitatam *τὸν τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ ἔχοντα* secundum codicem A, ubi deberet restituere ex sua opinione illam insolitam codicis N locationem *τὸν τὴν ἀδελφὴν ἔχοντ᾽ αὐτοῦ.* Illa iudicia Cohnii de auctoritate codicis N maxime firmari mihi videntur eo, quod in Antiphontis quoque et Dinarchi orationes optime cadunt.

Blassianam autem editionem, cum et prima et una inter recentiores editiones secuta codicem N novum tamquam fundamentum textus Lycurgei recensendi posuerit, suum tenere proprium locum inter omnes Leocrateae editiones apparet. Sed non

est praetermittendum ad illam rationem Blassianae editionis propriam certeque comprobandam, qua textus in codicis N fide collocatur, in iis nimirum huius codicis partibus, quae continent §§ 1—34, 98—150 duas alias accedere rationes, quibus permultum differt a ceteris, unam illam, quae pertinet ad hiatum, alteram, quae ponitur in numerosa compositione vocabulorum, quam nominamus rhythmum.

Quarum rationum a nullo adhuc editore adhibitarum studiosos esse oportere interpretes negari quidem non potest, sed modus ille, quo Blass infert eas rationes in textum redintegrandum probandus nobis non videatur. Hiatus enim quomodo conservetur apud oratores Atticos, si diligenter perquirimus, non posse non offendi nos existimo Blassiana textus Lycurgei tractatione, quippe quae non procul a licentia quadam absit. Nemo vero praeter Isocratem inter oratores Atticos illa quae dicuntur data esse a Thrasymacho praecepta evitandi hiatus diligentissime secutus esse mihi videtur. Ipsum Demosthenem multum in ea re sibi indulsisse ex orationibus eius cognoscitur. An omnes qui huc pertinent locos ad librariorum vitia referendos esse credas assentiens illi opinioni, quam in Rhed. indice Demosthenico sub art. „hiatus“ prolatam invenis? (Ind. II. p. 21.) Et ceteri oratores magis minusve leges illas migrant, quae sunt de hiatu. Aeschines quidem, cum in omnibus orationibus tum in Ctesiphontea (cf. Blassii ipsius editionem eiusque iudicium p. V) permultos et leviores et graviores admittit. Neque Isaeus gravioribus caret hiatibus, qui plurimi in or. 2. inveniuntur, in his permulti eius generis, quos Blass saepius tolli vult, nec Lysiam aut Audocidem aut Dinarchum (cf. Din. ed Blass. praef. p. VIII) abstinere videmus hoc hiatuum genere. Quid quod Antiphon et Hyperides plane neglexisse videntur hiatus leges? Certe ea si nobiscum reputamus, id statuere nos oportet, normam, quam summa constantia sequerentur in evitandis hiatibus, oratores Atticos eos, qui dicuntur minores, Aeschinem, Hyperidem ceterosque sibi non proposuisse. Et ipse Blass, ubi de Leocrateae hiatibus disserit non minus obscure quam caute dicit (ed. Lyc. praef. p. II), iis offendendum non esse hiatibus, qui quacunque ratione excusentur. Sed quas intellegi velit illas excusandi hiatus rationes, quis est, qui cognoscat? Nam ipse eas non explicat, neque ex illa ratione, quam secutus in Leocrateae textu hiatus tollendi causa verba eicit, ordinem verborum mutat, intellegere eas

possumus, quia ipsi hiatus iidem, quos mutationibus complurium locorum evitare studet, aliis eiusdem orationis locis iterum ac saepius nobis occurrunt, ubi tollere eos non licet, nisi totas lectiones evertas. Quare Blassiana ratio hiatus respiciendi, in incerto quodam modo vagans licentiaeque textus tractandi latum tamquam campum aperiens, probari non posse mihi videtur.

Attulerim complures eiusmodi locos e Blassii editione:

In § 118 *ἡ εἰκὼν [τοῦ Ἱππάρχου τοῦ προδότου] ἐξ ἀκροπόλεως καθῃρέθη* Blass secludit vocabula *τοῦ Ἱππ. τοῦ πρ.* evitans hiatum *ου-εξ*. At praeterquam quod haud verisimile mihi videtur librarium uno ictu q u a t t u o r interposuisse vocabula, idem hiatus in Leocratea saepe invenitur, velut § 117 *τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐξ ἀκροπόλεως καθῃρέθη*; 66 *τούτου ἐξετάζειν*, 35 *αὐτοῦ ἐξ*, 127 *δικαστηρίου ἔξιτε.*

§ 119 bis legitur *τοῦ προδότου*. Cum Es, id quod magis arridet mihi, illud insolenter positum *τοῦ προδότου* superioris loci delendum censuerit, Blass illud alterum tollit hiatus causa vitandi *προδότου ἀνελόντες*. Sed simillimus invenitur hiatus in §§ 113 *ὀστᾶ αὐτοῦ ἀνορύξαι*, 143 *αὐτοῦ ἀπολογουμένου.*

§ 107 codices habent *περὶ τούτου οὕτω σφόδρα ἐσπουδάκασιν.* Blass commutat in *περὶ τοῦτον*. Frequenter usurpari videmus *σπουδάζειν περί* insequente genitivo apud Isocratem idque maxime cum genitivo pronominum, velut 6,36 *περὶ τούτου μάλιστα σπουδαζούσας*, 10,29 *περὶ τούτου μᾶλλον σπουδάζειν*, 5,45 *σπουδὴν περὶ τούτου ποιουμένας*, 3,48 *σπουδάζετε περὶ αὐτῶν*, 12,245 *σπουδάζειν περὶ αὐτῶν*, 12,235 *περὶ ὧν ἂν σπουδάζωσι*, 10,48 *περὶ ἧς κἀκείνας ἑώρα μάλιστα σπουδαζούσας*, 9,3 *μᾶλλον περὶ τῆς δόξης ἢ τοῦ βίου σπουδάζοντας*, 12,144 *ἐσπουδασμένους περὶ τῶν κοινῶν ἐπιτηδευμάτων*, 15,280 *σπουδαστέον περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων.* Confer etiam Demosth. 21,4 *περὶ ὧν ἐσπουδάσατε* et Aeschin. 1,89 *ἐσπουδακέναι περὶ τῶν ἄλλων* (in 1,17 codices variant inter praepositiones *περί* et *ὑπέρ*). Hiatus idem huius compositionis *τούτου οὕτω* occurrit etiam in Leocr. § 141 *ἐλέου οὐκ* et in § 117 *τὸν Χάρμου οὐχ ὑπομείναντα.* An hic pausa illa parva excusari hiatum putemus? Confer aliorum oratorum locos, qui simillimam habent hiatus formam, insequente negatione *οὐ*, Din. 2,11 *λιμοῦ οὐκ*, Aeschin. 2,97 *ὁδοῦ οὐκ* Lys. 3,26 *τούτου οὐδεμίαν* 3,40 *ὑπ' αὐτοῦ οὐκ* Andoc. 2,11 *ἐκ δὲ τούτου οὐπώποτε.*

§ 84 Blass commutat codicum lectionem *ἀνελόντος δὲ τοῦ θεοῦ αὐτοῖς ὅτι* secundum Suidam in *ἀνελόντος δ' αὐτοῖς τοῦ θεοῦ*

διότι. Concedendum quidem est eandem vocabulorum collocationem § 99 occurrere, ubi legimus *χρήσαντος δ' αὐτῷ τοῦ θεοῦ,* sed tamen iure optimo in dubium vocatur illud a Suida oblatum *διότι* quia nusquam Lycurgus *διότι* pro simplici *ὅτι* utitur. Haud inepte de aliis eiusdem orationis locis admonitum est, ubi certissime scripsisset idem orator *διότι,* eiusdem hiatus evitandi causa, § 29 *κατεμαρτύρει αὐτοῦ ὅτι* et 35, ubi simillime atque in § 29 dicitur *καταμεμαρτυρηκὼς ἑαυτοῦ ὅτι.* De adhibita coniunctione *διότι* pro *ὅτι* apud oratores Atticos conferatur Kuehneri gr. II pag. 876; Meisterhans: Gr. d. att. Inschr. p. 252³, 24.

Eiusdem hiatus tollendi causa Blass invertit § 14 locationem vocabulorum a codicibus traditam *περὶ δὲ τούτου ὅτι* in lectionem *περὶ τούτου δ' ὅτι.*

§ 128 Blass pro codicis N lectione *τὸν βασιλέα αὐτῶν* (at codex A recte, ut mihi quidem videtur *τὸν βασιλέα αὑτῶν,* spiritu aspero superscripto) scribit *τὸν βασιλέα τὸν αὑτῶν,* iterato articulo, qua iteratione evitare vult hiatum inter *βασιλέα αὑτῶν.* Sed hiatum eundem invenimus compluribus aliis Leocrateae locis, velut § 113 *τά γε* (*τε*) *ὀστᾶ αὐτοῦ* § 136 *τὸν πατέρα αὑτῷ,* § 142 *καὶ δημοσίᾳ αὐτούς,* § 2 *σωθῆναι αὐτόν.* Articulum, quem propter pronomen reflexivum iterari volunt complures editores, nonnumquam deesse in eiusmodi locutionibus demonstrari videbis in annotationibus meis ad § 143. Pertinent huc ex Leocratea paragraphi 35 et 46.

Magna licentia utitur Blass in tractatione locutionis *οἱ πρόγονοι ὑμῶν* (sive *ἡμῶν,* qua de confusione, haud dubie ad iotacismum revocanda, certe diiudicari non postet). Bis, in § 83 et in § 104, delet Bl. hiatus removendi causa pronomen *ὑμῶν* (*ἡμῶν*) docens necessarium non esse, qua in re spectare nos vult locos 70 et 108, quibus eodem modo omittatur illius generis pronomen appositum *ὑμῶν.* At eodem iure ostendere nobis licet illos locos, quibus a p p o n i t u r pronomen, quamquam ne illic quidem est necessarium. Videas locos 68 *οἱ πρόγονοί ποθ' ὑμῶν* 82 *τοὺς μὲν προγόνους ὑμῶν* 84 *ἡμῶν τοὺς προγόνους* 1 *ὑπὸ τῶν ὑμετέρων προγόνων.* 109 *τοῖς ὑμετέροις προγόνοις* 122 *τῶν ὑμετέρων προγόνων.* Libenter igitur Lycurgum videmus addere pronomen huic vocabulo, id quod etiam apud alios oratores observatur. Sed quae Blass delere vult verba 85 *οἱ πρόγονοι ὑμῶν* (*ἡμῶν*) eaque bis in eadem paragrapho, ea equidem tenenda censeo. Nam quid senserint m a i o r e s, gravissime proponere vult Lycurgus

Atheniensibus et quid fecerint in similibus periculis atque illa erant, quae fugit Leocrates, maiores, ad quorum consilia ac facta omnia civibus referenda esse existimat, in animum revocare civibus summo studio et plurimis verbis orator studet. Inde illud iterum ac saepius repetitum *οἱ πρόγονοι ὑμῶν.* Id graviter ac consulto dictum si elidimus, longe alium sensum eumque languidiorem attribuimus orationi. Nam si legis hunc textum: *τί ποιοῦσιν οἱ πρόγονοι ὑμῶν, ἄνδρες δικασταί; οὐ καταλιπόντες τὴν χώραν ὥσπερ Λεωκράτης ᾤχοντο,* nonne dilucide apparet ex hoc opposito *ὥσπερ Λεωκράτης* necessario reposci *οἱ πρόγονοι ὑμῶν*? (Similiter maiorum facta, ut exempla sibi proponant cives, ostendit Lycurgus compluribus aliis locis, velut § 116 *καὶ τοσοῦτόν γ' ἔσεσθε τῶν προγόνων χείρους, ὅσον* ... cf. §§ 70 sq. 82, 83, 104, 108 a.)

Propter hiatum inclinat Blass § 114 ad elisionem participii *ὁ τεθνηκώς,* quam formam in dubium vocans Benseler commutavit in illam frequentius usurpatam *τεθνεώς.* Etsi fateor Isocratem, Demosthenem (Ps. Dem. 49, 39 *τεθνηκότα*) Isaeum, Dinarchum solas illas formas breviores adhibere, tamen non dubito, quin etiam formae longiores nonnumquam ab hoc vel illo oratore usurpatae sint. Antiphon quidem compluribus locis praebet longiores formas, 1. 3 *τεθνηκότι,* id. 5, 10. 4 *γ* 1 *τεθνηκότος* (*τεθνεῶτι, τεθνεῶτος* postulant Turr.) Lysias habet in or. 11,10 *τεθνηκώς.* (13,84 *τεθνήκασι* 13,94 *τεθνηκέναι*) Ps. Andoc. 4,38 *τεθνηκότας,* Andoc. 1,52 *ἐτεθνήκεσαν.* Magno autem documento esse mihi videtur locus Aeschineus 2,34 *φθέγγεται προοίμιον σκοτεινόν τι καὶ τεθνηκός,* quia imitans hunc locum scribit Dio Cassius 46,7 *φθεγξάμενος ταπεινόν τι καὶ τεθνηκός* (Dobr.). Similiter dicitur ap. Tzetz. Chil. VI, 196 *καὶ σκοτεινὸν καὶ τεθνηκὸς προοίμιόν τι.* (cf. rec. ed. Aeschin. Bl.) Quare etsi raro adhiberi illam formam longiorem *τεθνηκώς,* tamen plane evitatam esse ab oratoribus, qui dicuntur minores, haud verisimile existimo. Poetae quidem, inprimis Comici, uberrime utuntur eius modi formis. Meisterhans in inscriptione Attica anno circa ducentesimo ante Christum natum exarata invenit formam *τεθνηκώς* (C. I. A. Nr. 975 c 17).

Non probatur mihi elisio pronominis *αὐτοῦ* quam Blass proponit in § 53. Opponuntur enim inter se *αὐτοῦ* (*μείναντος*) et *τοὺς υἱεῖς καὶ τὴν γυναῖκα* (*ὑπεκθέσθαι*). Cum enim Autolycus suos quidem liberos suamque uxorem e patria removisset, sed

ipse remansisset, Leocrates non modo propinquos suos, sed etiam se ipse amovit. Tali modo opponere velle oratorem utriusque enuntiati personarum nomina ex eis, quae ille paulo post dicit cognoscitur, ubi eaedem personarum notationes, aliis verbis expressae opponuntur: *τοὺς ἀχρήστους εἰς τὸν πόλεμον* (= *τοὺς υἱεῖς καὶ τὴν γυναῖκα*) et *ἀνὴρ ὤν* (= *αὐτοῦ*, qui arma ferre potuit.)

Restat, ut disseram de praeceptis eis, quae dat Blass de numeris. Illas enim observationes, quas primum instituerat in Isocratis orationibus („de numeris Isocrateis", Kiel 1891), et inde ad Demosthenem ceterosque oratores transtulerat (cf. de eloqu. Att. III, 2 1898; praef. ad Demosth. or; N. Jahrb. f. Phil. V. 1900. 416—31), quasque etiam ex Platone collatas simul cum observationibus ex Isocrate Demostheneque collectis recentissime edidit in libro amplo, qui est de numeris Isocrateis, Demosthenicis, Platonicis („die Rhythmen der att. Kunstprosa" Leipzig 1901), eas ad recensendam Lycurgi quoque adhibuit orationem in Leocratem idque eo modo, ut permultas mutationes textus in codicibus traditi elisionesque vocabulorum et locutionum ad eas referat leges, quas de numeris proposuit. Ex proprio illo iudicio, quod fert de numeris, cum dicit id maxime appeti in collocatione vocabulorum ac membrorum orationis ad numeros alligatae, ut eadem repetantur metra, quae respondeant inter se, redundat illa proprietas rationis, quam sectatur in tractatione multarum lectionum. At ea, quae sentit de numeris in oratione soluta adhibitis, recta non esse Thalheim demonstrat (Progr. gymn. Hirschberg i. Schl. 1900) et Leocrateae digestis membris et veterum ipsorum de hac re collatis iudiciis (Isocr. ap. Joan. Sic., Dionys. Halic., Cic., Quintil.) idemque ostendit non modo non repetitionem eorundem metrorum sed variationem quandam peti in vocabulis membrisque numerose compositis. Et explicans, quam in sententiam illud Ciceronis (or. 64, 213), quo nituntur Blassii de numeris praecepta, intellegere nos oporteat, rationem illam, quam secutus ille commutando, invertendo, elidendo concinnitatem metri singulorum vocabulorum ac membrorum tamquam exsculpere studet, irritam esse evidenter ostendit.

Drerup autem (Berlin. Philol. Wochenschrift 1899 Nr. 1) ex prooemio Panegyrici diligenter digesto, illo proeemio elegan-

tissimo elegantissimae orationis, dilucide apparere docet Blassium non recte sentire, cum existimet imprimis ad concinnitatem metrorum spectare oratores in oratione secundum numerorum leges composita. Idemque cognoscens variatione ea, qua componantur varii generis metra, aures delectari orationemque ad poetarum sermonem accedere monet similia illa metra percurrere quidem complura membra, sed concinnitatem eorum metrorum necessario non reposci, id quod optime ex eo elucere ei videtur, quod in ipso illo Panegyrici procemio dactylici generis metrum non habeat responsionem. Quae de numeris iudicia affirmari etiam aliis aliorum oratorum procemiis velut Demosthenis orationum de corona et in Aristocratem habitarum Drerup demonstrat. Sed quod Blass Archidami procemium ad suas rationes non accommodandum numeris plane carere dixit, Drerup etiam hoc procemium numerose compositum esse docet.

Haud dubie natura ipsa linguae Graecae facilem aperit aditum illius modi compositioni numerose sonanti. Ex studio autem oratorum, quo petunt concinnitatem quandam ac symmetriam membrorum, manat illa responsio singulorum vocabulorum vel locutionum in variis membris. Sed quod in tali compositione saepius metra singularium vocabulorum vel syllabarum variorum membrorum inter se respondent, casu plerumque accidisse dixerim. Ipsum Blassium inclinare in eam sententiam cognoscas ex eis, quae affert in praefatione ad Aeschin. orationes: „Sed in universum non multum huic rei (i. e. responsioni metrorum) tribuo, quia etiam ipso casu quaedam numerose cecidisse possunt.“ (p. 7.)

Quoniam de illis novis rationibus textus tractandi, quas iniit Blass, disputavimus, paucis verbis de orthographia complurium vocabulorum disserere mihi concedatur. Multo maiorem diligentiam quam prioribus temporibus hodie conferri ad orthographiam negari nequit. Crescente enim numero inscriptionum in lucem prolatarum in dies magis augeri videmus emendationes ad orthographiam pertinentes. Praestantissimo viro Meisterhansio, qui eiusmodi observationes permultas contulit in eo libro, qui inscribitur „Grammatik der attischen Inschriften“ (ed. III. Berol. 1900), maxime debetur, quod multum in ea re proficit textus tractatio. Ac tamen non pauci editores recentioris aetatis atque recentissimae incuriam quandam prae se ferunt in observanda ea re, id quod cum ex ceterorum scriptorum tum ex Lycurgi editionibus cognoscitur. Deprehendimus enim multorum voca-

bulorum formas, quae in codicibus vitiose traditae non con-
§ 5 gruunt cum Atticae aetatis scriptura. Disputans de eiusmodi vocabulis non possum non attingere illud compositum *φιλονικία*, quod in Leocratea semel usurpari videmus § 5 *οὔτε δι' ἔχθραν οὐδεμίαν οὔτε διὰ φιλονικίαν οὐδ' ἡντινοῦν τοῦτον τὸν ἀγῶνα προελόμενος*. Quo loco omnes editores recentiores (Rehd., Thalh., Cima, Nosenzo) praeter Blassium praebent secundum codices *φιλονεικίαν*, quae forma cohaerere dicitur cum stirpe *νεικ* vocabuli *νεῖκος*. Sed nihil dubii relinquunt Petri Meyeri explicationes, qui in dissertatione (*ὁ θυμός* apud Aristotelem Platonemque, Bonn 1876) p. 56 solum ad vocabulum *νίκη* referri posse compositum *φιλόνικος*, non ad illud tertiae declinationis substantivum *νεῖκος* convincit. Et comprobatis his observationibus suo iure Schanz (in prolegg. ad. vol. VI. opp. Plat. Lips. 1882), „cassos atque vanos“ nominat conatus interpretum propter significationem locis quibusdam *φιλόνεικος* postulantium. (cf. Frankei lectiones Aeschineas in Philol. suppl. I. p. 469 sq., ubi perverse angustis cancellis circumscribitur significatio vocabuli *φιλονικία*, et Schmidt „Die Ethik der alten Griechen“, Berol. 1882, annot. p. 386 sq., qui simili modo ex sensu locorum complurium vocabula *φιλόνεικος*, *φιλονεικία* recipienda esse colligere vult.) Et quod Schanz explicat ex victoriae studio emanare contentionem, invidiam, rixam ipsam, in Leocrateum locum optime quadrat talis significatio. Nam quid vult aliud Lycurgus nisi negare rixae cupiditate adductum sese hanc litem suscepisse? Hanc quoque vim ei vocabulo attribuendam esse *φιλονικία* apparet ex loco papyri eius, qua Aristotelis *πολιτεία Ἀθηναίων* traditur; legimus enim in cap. V, 2 (ed. Blass. 1898) *κοινῇ παραινεῖ* (scil. *Σόλων καταπαύειν*) *τὴν ἐνεστῶσαν φιλονικίαν*. Papyrus praebet lectionem *ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΝ* superscr. *ΝΙΚΙ*. At nonne ipso hoc vocabulo *φιλοτιμίαν* traducimur ad synonymum illud et sensu et scriptura proxime accedens *φιλονικίαν*? Nonne dilucide ostenditur substantivum *φιλονικίαν* cum vocali *ῐ* (non *φιλονεικία*) in archetypo exstitisse? Sed fac explicationis modo tenere locum illud superscriptum *νικι* (cf. Blass. praef. ad *Ἀθ. πολ.* p. XI sq.); nonne ipsa ex ea significatione, quam habet hoc loco vocabulum *φιλοτιμία* satis elucet etiam in malum sensum usurpari eiusmodi vocabula? Eandem autem significationem iure optimo ad synonymum quoque *φιλονικία* transferri posse nemo negabit. Addere velim locum ex inscriptione Graeca tertii fere a. Chr. n. saeculi inventa prope Antandrum Asiae minoris, C. I.

Gr. add. nr. 3568 f, ubi legimus: *παρακαλέσαι τὸν δικαστὴν Σατυρίωνα, ἐάν τινες βούλωνται τῶν ἐν ταῖς φιλονικίαις ὑπαρχόντων διακρίνεσθαι ἐπ' αὐτοῦ.* Quo loco vocabulum *φιλονικία* spectat ad ipsas lites diiudicandas. Sed quod Schmidt (in eo quem supra citavimus libro p. 390) illius formae *φιλόνεικος* (*φιλονεικία*) testandae causa delegat nos ad nominis proprii formam *Φιλόνεικος*, quae invenitur in Roehli ed. C. I. Gr. IV fasc. III, deliberes velim hanc nominis proprii formam posteriore demum aetate irrepsisse inscriptionesque Atticas Lycurgeae aetatis omnes ad unam illam solam afferre formam *Φιλόνικος* cum voc. ῑ. Sed redit haec scripturae differentia inter *Φιλόνικος* et *Φιλόνεικος* ad usum illum labentis Graecitatis, quo transit vocalis *ι* in diphthongum *ει*. Quae commutatio cum simplex vocabulum *νίκη* tum composita ad hoc vocabulum pertinentia invadit idque maxime Romana aetate, ut ex inscriptionibus cognoscere licet (cf. Meisterh. p. 49 nr. 26). Simillima autem ratione, qua illud nomen proprium *Φιλόνικος*, etiam nomen synonymum *Φιλότιμος* abire videmus in *Φιλότειμος* (cum diphthongo *ει*). Quodsi nomen *Φιλόνεικος* nihil aliud nisi commutatum nomen *Φιλόνικος* Atticae aetatis ideoque non ad stirpem *νεικ* vocabuli *νεῖκος* sed ad vocabulum *νίκη* referendum est, nullo modo illud nomen proprium *Φιλόνεικος* documento esse potest exstitisse adiectivum *φιλόνεικος* substantivumque *φιλονεικία*, quae postulat Schmidt. Accedit quod ex rectissimis Petri Meyeri explicationibus Graeci formare debuerunt *Φιλονείκης*, si derivassent a vocab. *νεῖκος*, ut intellegimus ex nominibus propriis *Φιλοκράτης* (deriv. a voc. *κράτος*), *Φιλοκύδης* (*κῦδος*) C. I. A 2019, 2020. Sed non usurpant Graeci hoc mali sensus nomen *Φιλονείκης* compositum ex stirpe *νεικ*. De forma *φιλονεικία* „propria Graecitatis labentis" cf. Ivani Muelleri ed. script. min. Gal. vol. II praef. p. 52 (Lipsiae 1891). De voc. *φιλονικία* disputat Cobet in V. L. p. 66, 85. Coll. crit. p. 56. Misc. crit. p. 219. (Obs. crit. p. 5. N. L. p. 691.)

Eadem fere confusio inter voc. *ι* et diphth. *ει* deprehenditur § 147
in vocabulo *λιποταξίου* § 147, ubi commutata brevi vocali *ι* stirpis *λιπ* in diphth. *ει* codices praebent *λειποταξίου*. Plurimi editores retinent hanc lectionem codicum, Blass recte scribit *λιποταξίου*. Disputant de hoc voc. Cobet, N. L. p. 78 sq., Franke in lect. Aesch. Philol. suppl. I. p. 467. De compositione huius vocabuli cum stirpe aoristi *λιπ* vide Kuehn. gr. Gr. 1 2 p. 327. Recte scribendum esse *λιποταξίου* cum vocali *ι* ex eo cognosci-

tur, quod omnia similia composita et inscriptionum et poetarum stirpem aoristi λιπ ostendunt, non stirpem praesentis λειπ, id quod apud poetas certissime ex metro colligas. Ex inscriptionibus hanc annotarim: C. I. Gr. ins. m. Aeg. nr. 646 c $_{50}$ λιποναύταισι (nr. 646 a 7 b $_{22}$, $_{38}$ λιπ supplendum est.).

In poetarum libris hos invenimus locos:

Aeschyl. Ag. 212 (antistr. 3 v. 8)

πῶς λιπόναυς γένωμαι — ◡ ◡ — ◡ — ◡ respondet versui,

χείματος ἄλλο μῆχαρ — ◡ ◡ — ◡ — ◡

Eurip. Or. 1305 (1311) τὰν λιποπάτορα λιπόγαμόν ϑ' ἃ πλείστους.

Sed hanc commutationem brevis vocalis ι in diphthongum ει altero demum p. Chr. n. saeculo accidere docet Meisterhans (gr. inscr. Att. p. 49, § 15 g nr. 27). Quo fit, ut non modo classicae quae dicitur sed etiam Alexandrinae posteriorisque aetatis scriptores et inscriptiones recte adhibeantur ad demonstrandam illam formam λιπ, non λειπ in vocabulis compositis.

Ex posterioris aetatis inscriptionibus hae afferantur lectiones:

C. I. Gr. nr. 3333 (inv. Smyrnae, ex alt. vel pr. aet. a. Chr. n.)

μητρὶς ἡ λιπάδελφος ἐρημωθεῖσα δὲ τέκνων.

C. I. Gr. nr. 6309 (inv. in Lat.)

εἰπεῖν τις δύναται σκῆνος λιπόσαρκον ἀθρήσας.

Kaibelii epigr. Gr. nr. 547 (Sardin. saec. I. p. Chr.)

στᾶσα [λ]ι[π]οψυχοῦντος.

Plurimae inveniuntur in poetarum libris eiusmodi compositiones ad unam omnes stirpem aoristi λιπ ostendentes (in versus inseri non potest v. compositum cum stirpe λειπ):

Theocr. id. 13, 73 (70) Ἡρακλεῆν δ' ἥρωες ἐκερτόμεον λιποναύταν.

Anthol. Gr. (ed Jacobs 1814):

Plat. iun. 9, 13, 1 ἀνέρα τις λιπόγυιον ὑπὲρ νώτοιο λιπαυγής.

Philipp 9, 11, 3 τυφλὸς γὰρ λιπόγυιον ἐπωμάδιον βάρος αἴρων.

id. 9, 240, 1 βαιὸν ἀποπλανίην λιπομήτορα παῖδα Καλύπτρης.

Maced. 9, 649, 5 οὐδὲ λιπερνήτης κενεῷ καὶ ἀκερδέϊ μόχθῳ.

id. 11, 374, 1 τῷ ψιμύθῳ μὲν ἀεὶ λιποσαρκέα τεῖνε παρείην.

Karph. 9, 52, 2 (Pentam.) εἵλκυσε ναυαγοῦ κρᾶτα λιποτριχέα.

Paul. Sil. 6, 71, 1 σοὶ τὰ λιποστεφάνων διατίλματα μυρία φύλλων.

Leont. phil. 15, 12, 8 μισῶ Λωτοφάγων γλυκερὴν λιπόπατριν ἐδωδήν.

Aemil. 7, 623, 3 ἤδη γὰρ ξιφέεσσι λιπόπνους. (ἀλλὰ τὰ μητρός)

Philostr. 8, 110, 5 νῦν ὀλοὸν μηρῷ κεύθων βάρος, οἷα λιπόπνους.

Antip. 8, 133, 5 ἃ μὲν γὰρ παίδων σπαίρει πέλας, ἃ δὲ λιπόπνους...

Meleag. 12, 132, 5 καί σ' ἐπὶ πῦρ ἔστησε, μύροις δ' ἔρρανε λιπόπνουν.

cf. etiam. Timoth. Pers. 106 λιποπνόης (ἐγ λιποπνόης ψυχοστερέσιν.) Quin igitur rectissime Blass scribat λιποταξίου ne minima quidem dubitatio est.

Similiter confundi diphthongum ει et vocalem ι, sed in contrariam partem (commutata diphthongo ει vitiose in vocalem ι Blass opinatur in vocabulo codicum paragraphi 117 ἀλιτηρίους, quod commutari vult Blass in formam ἀλειτηρίους, derivans ab Homerico ἀλείτης. (cf. Bl. att. Bereds. III, 1 p. 101.) Formam ἀλιτήριος defendi videas in Ellendt lex. Soph. sub ἀλιτήριος. Equidem retineri velim ἀλῐτήριος brevi vocali servata, ut in ἀλῐτεῖν, ἀλῐτήμενος. cf. Arist. Eqq. 445 ἐκ τῶν ἀλῐτηρίων. F. C. G. V., 1 p. 156 (Mein.). § 117

Recte nomen proprium Ὑπερείδης paragraphi 36 eandem in codicibus confusionem ostendens, quia traditur aetatis posterioris forma Ὑπερίδης, in editionibus recentioribus legitur. Disputat Blass de ea forma et de variis eius derivationibus in annot. ad vit. Hyperid. (ed. or. Hyp. 1894 p. 39) Locis illis a Blassio allatis (C. I. A II 808 c $_{102}$ 809 d $_{242}$ et $_{941}$) addere velim C. I. A. 782$_{12}$ Ὑπερείδη[ς] et C. I. A suppl. 834 b col. II 41 Ὑπερείδης Γλαυκίππου Κολλυτεύς, ubi simillime occurrit atque in 808 et 809. Alii viri eiusdem nominis appellantur in C. I. m. Aeg. nr. 252$_{5}$ Ὑπερείδου et nr. 330 $_{3}$ $_{81}$ $_{111}$ Ὑπερείδης. § 36

Discrepans a ceteris editoribus recentioris aetatis Nosenzo aliud nomen proprium huius orationis vitiose scribit in § 22 Ἀντιγένην Ξυπεταιῶνα pro Ξυπεταιόνα, ut recte emendavit Rehdantz. Genitivi formam exire in syllabam όνος, non in ῶνος ex inscriptionibus elucet (v. Meisterh. gr. p. 131 § 51, 3). Sed codices alias easque corruptas formas habent. Forma codicis N Ξυπετεόνα redit ad illam commutationem diphthongi αι in vocalem ε, quae invasit altero p. Chr. n. saeculo in scripturam (Meisterh. p. 34 nr. 9 b). Perraro forma illa Ξυπεταιών, quam praebent inscriptiones aetatis Atticae (Meisterh. p. 35 nr. 11), commutatur in Ξυπεταών, transeunte diphthongo αι in voc. α, (cf. Meisterh. § 14 a 1 et annot. nr. 172). De confusione autem inter vocales ο et ω, quae apparet in forma codicis A Ξυπετεῶνα (cf. etiam cod. N 2) copiose disserit Meisterhans p. 24 nr. 18. Lycurgum scripsisse Ξυπεταιόνα hodie nemo negabit. § 22

Solus Blass inter recentiores editores emendans vocabulum codicum πενταετηρίδα paragraphi 122 recte scribit πεντετηρίδα, cum ceteri (Rehd., Thalh., Nicolai, Cima, Nosenzo) posterioris § 122

aetatis formam (Meisterh. p. 158, 3) retineant. Vocalem *ε* in *πέντε* ante vocales in compositis excidere ex inscriptionibus apparet. Macedonum demum aetate *α* pro *ε* in scripturam huius vocabuli invasit.

§ 38 Ac ne in *νεώς* quidem vocabulo sibi constant editores, qui duas formas codicum *νεώς* et *ναός* in textu conservant. A medio demum tertio saeculo usurpatur forma *ναός* iuxta formam *νεώς* in oratione soluta, quae forma *ναός* diu (usque ad tempora imperii Romani) praevaluit. In § 38 codices habent formam *ναοί*, cum in ceteris paragraphis, ubi scriptum legimus illud vocabulum, quod significat templum, recta legitur forma *νεώς*. (cf. §§ 1, 44, 25, 143, 147, 150.) Debuerunt ergo commutare editores illud *ναοι* codicum in formam *νεῴ* (§ 44 *νεῴ*). Meisterh. p. 127 nr. 13. Blass recte restituit *νεῴ*.

§§15, 96,97 Eodem modo varias legimus formas vocabuli *γονεῖς* et in codicibus et in plurimis editionibus. Quater enim accusativus numeri pluralis invenitur in Leocratea. Codices in § 94 veram Lycurgeae aetatis formam *γονέας* praebent, cum in §§ 15, 96, 97 habeant *γονεῖς*, quae forma exeunte demum quarto saeculo a. Chr. n. exsistit. Cf. Meisterh. p. 141, 9. (Kuehn.-Blass I 448 annot. 3.)

§ 66 Valde miror, quod et ipse Blass, qui summam ad veram scripturam restituendam adhibet diligentiam, in § 66 scribit *ἐπὶ πλεῖον* (*ἐλϑόν*) pro *ἐπὶ πλέον* (cum vocali *ε*). Meisterhans enim disputans de variis vocabuli *πλείων* formis in declinatione (p. 151 sq.) demonstrat illa aetate solam formam numeri singularis generis neutrius *πλέον* (nusquam *πλεῖον*) exsistere. Non consentiunt cum Meisterhansii quaestionibus disputationes Frankei (lect. Aesch. Philol. suppl. I. p. 437 sq.), quae sunt de formis huius vocabuli. Recte quidem coniecit Franke Atticos formis tantum contractis uti, sed vitiose docuit omnes casus praeter nominativum cum diphthongo *ει* et vocali *ε* poni. Nec Franke cognovit solam usurpari formam illam generis neutrius *πλέον*.

De aliis vocabulis, quae vitiose scripta in codicibus inveniuntur, disputat Blass in editionis suae praefatione p. VII sq.

Quamquam in omnibus veterum scriptorum codicibus saepissime fit, ut articulus vitiose aut omittatur aut ponatur, tamen haud scio an nullam esse dicas orationem, cuius codices manuscripti tantam neglegentiam ac levitatem in articulis ponendis prae se ferant, quantam Leocrateae libri. Qua de re cum nondum diligentiores habitae videantur quaestiones et editores recentioris aetatis non minus dissentiant quam editores vetustiores, haud inutile esse existimo complures eorum locorum, qui huc pertinent, examinare eaque, quae sentio de his locis, exponere.

Lectio codicum in § 8 *καὶ τηλικοῦτον ἔχει τὸ μέγεθος* varias § 8
excivit commutationes. Frohberger (Philol. 33, pag. 486) Esio assentitur delenti verbum *ἔχει,* quia in eiusmodi coniunctionibus solum accusativus relationis *τὸ μέγεθος* ex usu dicendi sit. Qua de re non recte iudicare Frohbergerum elucet ex Isocr. 8, 2 *τὸ μὲν οὖν μέγεθος ὑπὲρ ὧν συνεληλύθαμεν, τηλικοῦτόν ἐστιν.* Blassii scriptura *τηλικοῦτον ἔχει μέγεθος,* accommodata ad clausularum responsionem analogiam habet in Isocr. 15, 74 *καὶ τηλικοῦτο μῆκος ἐχόντων.* Equidem teneas velim codicum constructionem praedicativam, quam videmus saepissime usurpatam in structuris ad verbum *ἔχειν* pertinentibus coniunctam cum obiecto pronomineque *τηλικοῦτος* (vel *τοσοῦτος* vel *τοιοῦτος*).

In § 13 codices praebent *καὶ ὑμῖν εὐορκοτάτην ψῆφον ἐνεγκεῖν,* § 13
omisso articulo post *εὐορκοτάτην.* Vetustiores editores alii interponunt articulum *τήν* (Bekker, Corais, Baiter, Sauppe), alii articulum omittunt (Blume, Osann). Recentiorum editorum Rehdantz, Blass, Thalheim, Cima, Nicolai, Nosenzo bene scribunt *τήν.* Recte ut diiudicemus, utrum ponendus sit articulus hoc loco necne, nobis non acquiescere quidem solis in Leocrateae locis (§§ 12, 13) licet, sed apud omnes oratores observatis eius generis locutionibus recte iudicabimus.

Suffragium ferre oratores Attici his significant locutionibus: *τὴν ψῆφον φέρειν,* cf. in Leocr. §§ 7, 11, 12, 13, 146; *τὴν ψῆφον τίθεσθαι,* cf. § 128; *τὴν ψῆφον διδόναι* (Aesch. Demosth.). Adden-

dum est *τὴν ψῆφον διαφέρειν*, quae locutio spectat ad diversitatem suffragiorum. (Isocr. 15. 23 173 Aeschin. 3, 198; pass. in Dem. or. 25, 83).

Si accedit ad *τὴν ψῆφον* adiectivum (apud oratores Atticos plerumque *δίκαιος, εὔορκος, ὅσιος*), locatio fit aut appositiva (attributiva), ut in § 128, aut praedicativa, ut in §§ 12, 13. Sed in omnibus elocutionibus, sive habent appositionem sive non habent, articulus poni solet. Quare nec *ψῆφον φέρειν* legas (*ψῆφον τίθεσθαι, διδόναι*) nec *δικαίαν ψῆφον φέρειν* sed ubique *τὴν ψῆφον φέρειν* (*διδόναι* e. c.) vel *τὴν δικαίαν ψῆφον φέρειν* vel *δικαίαν τὴν ψῆφον φέρειν*.

Duae inter plurimos eius modi locos lectiones inveniuntur eaeque apud Aeschinem, quae articulo carent, in Timarcheae § 77 *ἕκαστος ἡμῶν ψῆφον δέδωκε περί*, § 79 *ἐδέησε δοῦναι ψῆφον Τίμαρχον*. Quibus tam parvo spatio interiecto occurrentibus locis articulum a librario vitiose omissum ideoque addendum esse elucere credo et ex Aeschinis ipsius orationibus (3, 16 *χρὴ διδόναι τὴν ψῆφον* 1, 93 *ἀπόδοτε οὖν τὴν ψῆφον*, quibus addantur eae lectiones Aeschineae, quas infra contuli) et ex ceteris oratoribus et ex inscriptionibus Atticis, quas omnes ad unam afferre *τὴν ψῆφον διδόναι* articulo posito observare licet. (conferas sodes eas quas contuli locutiones ex oratoribus Att. et ex inscr. Att. quarti et tertii a. Chr. n. saeculi.)

Quare illo quoque Leocrateae loco viri quos supra commemoravi docti rectissime articulum restituerunt post *εὐορκοτάτην*. Omissum articulum puto eos revocasse ad similitudinem syllabae antecedentis *την*. Eiusmodi vitia conferas in §§ 82 *πάντων τῶν*, ubi deest art. *τῶν* in codicibus, 104 *πάσης τῆς*, deficiente art. *τῆς* in codicibus, 40 *ὅλην τήν*, omisso art. *τήν* in libris.

Sed quod Herwerden (Mnemos. XI pag. 66) opinatur in locutione paragraphi 128 *τὴν δικαίαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον θήσεται* alterum articulum supervacaneum in uno eodemque calculo ideoque tollendum esse, probare nequeo, quia illo dupliciter posito articulo minime duos esse calculos significare, sed gravitate quadam utrumque adiectivum exprimere eoque, ut iustissimum ferant suffragium, Athenienses adhortari vult orator. Similiter scribit Dinarchus 1, 111 *τὴν δικαίαν καὶ τὴν* (cod. N) *ὁσίαν φέρετε ψῆφον* 2, 20 *μὴ προδοῦναι τὴν ὁσίαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον* cf. Demosth. 19, 311 *τὴν ὁσίαν καὶ τὴν δικαίαν ψῆφον ὑπὲρ τῆς πατρίδος θέσθαι* (codd. *Σ, Y, O.* v.). De simili iteratione

articuli apud Demosthenem confer Rehdantzii indicem II. p. 50, articulus.

Addo collationem locutionum pertinentium ad vocabulum *ψῆφον*, quae invenire poteram et apud oratores Atticos et in inscriptionibus.

Demosth. (et Pseudo-Dem.) *φέρειν τὴν ψῆφον* 20, 49 44, 40 59, 13 114; *φέρουσα τὴν ψ.* 18, 134; *ἔφερον τὴν ψ.* 43, 82 57, 61; *οἴσειν τὴν ψ.* 29, 13 41, 13 58, 61; *οἴσετε τὴν ψ.* 21, 28 22, 3 29, 4 30, 9 32, 13 36, 24 37, 17 40, 60 44, 14 59, 74; *οἰσόντων τὴν ψ.* 24, 189; *οἴσοντας τὴν ψ.* 29, 11; *ἐνεγκεῖν τὴν ψ.* 25, 3 27, 2; *ἤνεγκε τὴν ψ.* 57, 61; *τὴν ψ. ἐνέγκητε* 44, 43; *θέσθαι τὴν ψ.* 19, 66 23, 194; *θέσθε τήν ψ.* 57, 36; *θέμενος τὴν ψ.* 23, 97; *θέμενοι τὴν ψ.* 20, 166; *προσθέμενοι τὴν ψ.* 57, 69; *προσθέσθαι τὴν ψ.* 48, 3; *ἔθεντο τὴν ψ.* 23, 96.

δοῦναι τὴν ψῆφον 21, 87 21, 188; *διδόναι τὴν ψ.* 57, 15 59, 17; *διδόντος τὴν ψ.* 59, 109; *ἐδίδου τὴν ψ.* 57, 13; (*τὴν ψῆφον ἔχοντες* 43, 60 48, 52; *λαβόντες τὴν ψ.* 43, 14; *ἐλάμβανον τὴν ψ.* 59, 6; *πρὶν τὴν πρώτην ψ. διενεχθῆναι* 25, 83).

Locutiones, quae habent adiectivum pertinens ad vocabulum *ψῆφον*.

a) locationis attributivae: *τὴν ἐναντίαν ψῆφον ἔθεντο* 19, 65; *τὴν ὁσίαν καὶ τὴν δικαίαν ψ. ὑπὲρ τῆς πατρίδος θέσθαι* 19, 311; *τὴν ὁσίαν καὶ δικαίαν θέμενοι ψῆφον* 21, 227.

b) locationis praedicativae: *ἵν' εὔορκον θῆσθε τὴν ψῆφον* 20, 167; *τοῦ δικαίαν καὶ εὔορκον θέσθαι τὴν ψ.* 21, 24; *τοῦ θέσθαι τὴν ψ. εὔορκον* 23, 19; *τοσούτῳ δικαιοτέραν καὶ εὐορκοτέραν θήσεσθε τὴν ψῆφον περὶ αὐτῶν* 29, 4; *ὁσίαν καὶ δικαίαν ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν τιθῆσθε τὴν ψ.* 43, 82; *ἐναντίαν τὴν ψ. ἤνεγκε* 57, 61.

Aeschines: *φέρειν τὴν ψῆφον* 1, 44 2, 122 3, 6 10 193; *φέρουσι τὴν ψ.* 1, 82 92; *φέρετε τὴν ψ.* (II. pl.) 3, 254; *φέρετε τὴν ψ.* (imp.) 3, 247; *ἤνεγκον τὴν ψ.* 2, 87; *διδόναι τὴν ψ.* 3, 16; *δοῦναι ψῆφον*, ubi scribendum esse censeo *δοῦναι τὴν ψῆφον* 1, 79; *δέδωκε ψῆφον*, ubi scribendum est *δ. τὴν ψ.* 1, 77; *ἀπόδοτε οὖν τὴν ψ.* 1, 93.

Dinarchus: *φέρειν τὴν ψῆφον* 1, 110 2, 11 19 3, 21; *φέρετε τὴν ψ.* 3, 17; *ἐφέρετε τὴν ψ.* 1, 14; *οἴσειν τὴν ψ.* 1, 17; *οἴσετε τὴν ψ.* 2, 21; cum adiectivo: *τὴν δικαίαν καὶ τὴν ὁσίαν φέρετε ψῆφον* 1, 111; *ἐναντίαν τὴν ψ. ἐνεγκεῖν* 1, 86; *ἐναντίαν ἐνεγκεῖν τὴν ψ.* 2, 20.

Demades: § 1 ὁσίαν θεῖναι (?) τὴν ψῆφον.

Hyperides (ed Bl.): τὴν ψ. οἴσειν 1, 17; τὴν ψ. μέλλετε φέρειν 4, 4.

Andocides: μέλλετε τὴν ψ. φέρειν 1, 2; οἴσετε τὴν ψ. περὶ ἐμοῦ 1, 31.

Isocrates: φέρειν τὴν ψ. 19, 33; φέρετε τὴν ψ. 15, 179; φέρητε τὴν ψ. 18, 45; φερέτω τὴν ψ. 15, 323; οἴσειν τὴν ψ. 15, 195; οἴσετε τὴν ψ. 15, 29 54 18, 27; οἴσουσι τὴν ψ. 15, 52 143; οἴσει τὴν ψ. 20, 21; διοίσειν τὴν ψ. 15, 23 173.

Isaeus: τὴν ψ. οἴσετε 6, 62; τίθεσθε τὴν ψ. 7, 45 8, 46; ἐνέγκητε τὴν ψ. 8, 4; ἤνεγκαν τὴν ψ. 11, 18; ἐνεγκεῖν τὴν ψ. 10, 21; τὴν ψῆφον ὁσίαν καὶ κατὰ τοὺς νόμους θήσεσθε 6, 65.

Lysias: φέρειν τὴν ψ. 12, 33 14, 15 15, 12 21, 22 fr. 88; φέρειν τὴν ψ. 12, 92; φέρουσι τὴν ψ. 6, 3; φέροντας τὴν ψ. 12, 100; τίθεσθαι τὴν ψ. 13, 37; θῆσθε τὴν ψ. 24, 23; διδόντες τὴν ψ. 15, 2; διδόντας τὴν ψ. 15, 4.

Lycurgus: φέρειν τὴν ψῆφον 7 11 146;
cum adiectivo attrib.: τὴν δικαίαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον θῆται 128; cum adi. praed. δικαίαν τὴν ψ. φέρειν 12; δικαίαν θέσθαι τὴν ψ. 13.

C. I. A. II_1 δοῦναι τὴν ψῆφον

nr. nr. 12, 51, 54 b 16, 108, 154, 187, 223, 228, 229, 230, 243, 272, 273, 288, 300, 309, 312, 319, 320, 361, 397, 401, 546. — τὴν δὲ ψῆφον διδότω nr. 578 (anni 340 a. Chr.)

C. I. A. Suppl. δοῦναι τὴν ψηφον

nr. nr. 229 c, 229 d 15, 231 b 31, 252 c, 273 c 10, 300 b, 366 b, 407 h 7. — ὁ φρατρίαρχος διδότω τὴν ψῆφον περὶ τῶν παίδων nr. 841 b 80. — φέροντες τὴν ψ. nr. 841 b 83, μὴ φέροντες τὴν ψ. nr. 841 b 104. (Addere velim Thucydidem discrepare ab hoc usu oratorum Atticorum, cum multis locis articulum omittit ante ψῆφον cf. 1, 40 87 119 125 4, 74.)

§ 43 Dissentiunt editores in § 43, ubi alii (velut Nicolai, Cima, Nosenzo) scribunt ὅπλα θέμενον secundum codices (articulo omisso ante ὅπλα), alii articulum addunt. Valde arridet nobis Herwerdeni coniectura (Mnemos. XI. pag. 66), qui revocat omissum articulum ad scripturae confusionem inter formas *ΘΟΠΛΑ* et *ΟΠΛΑ*. Sed quod Herwerden ob eandem rationem etiam in § 77 τὰ (θ') ante ὅπλα καταισχύνειέ τις excidisse suspicatur, ei assentiri dubito, quia verisimilius esse mihi videtur articulum consulto omitti ab oratore utente vocabulis iuris iurandi (οὐ καταισχυνῶ

ὅπλα τὰ ἱερά). Quam iterationem vocabulorum iuris iurandi etiam clarius apparere videmus in elocutione § 78 ὑπὲρ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἤμυνεν, quae compositio magnam similitudinem habet cum § 77 ἀμυνῶ δὲ καὶ ὑπὲρ ὁσίων καὶ ὑπὲρ ἱερῶν. Pariter referuntur apud Aeschinem 1, 23 vocabula formulae τοῦ κήρυκος· „περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων", cum quibus verbis conferas compositionem iuris iurandi Leocrateae § 77 ἱερὰ τὰ πάτρια. De eiusmodi usu articuli conferatur Kuehner (Gerth) § 463, 3. — Contra in § 38 non possumus non assentiri Halmio, qui interponit τὰ ante ἱερά legitque καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα μετεπέμψατο afferens simillimos locos Leocrateae 25 et 56.

Adnotes quaeso Thucydidem amantem esse illius articuli usus. Cf. 1, 71 78 2, 79 3, 59.

Sed ut redeam ad locutionem ὅπλα θέμενον § 43, articulum utique interponendum esse censeo ante ὅπλα, quia postulatur articulus usu dicendi. In omnibus enim eiusmodi locutionibus, quae inveniuntur apud oratores Atticos praeter unam illam Lysiacam 34, 8 articulum ante ὅπλα poni animadvertimus, quibus locis addi possunt complures lectiones inscriptionum Atticarum. Conferantur hi oratorum loci:

Demosth. 21, 145 θέμενος τὰ ὅπλα, 23, 12 θήσεσθαι τὰ ὅπλα, opp. καταθέμενος τὰ ὅπλα 7, 31. Aeschin. 1, 27 τὰ ὅπλα μὴ τίθεσαι. Lys. 31, 14 ἔθετο τὰ ὅπλα, 13, 81 ἔθεντο τὰ ὅπλα (34, 8 vide eas quas infra addam explicationes).

Propter analogiam huc pertinent etiam hae compositiones:

Demosth. 10, 3 λαβὼν τὰ ὅπλα, 17, 8 λαβοῦσα τὰ ὅπλα, 9, 8 τὰ ὅπλα ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων, 18, 235 τὰ ὅπλα εἶχον ἐν ταῖς χερσίν, 3, 20 ἁρπάσαντας τὰ ὅπλα raptim currentes ad arma, 19, 81 παρῃρημένοι τὰ ὅπλα. Andoc. 1, 45 66 τὰ ὅπλα λαβόντας. Lys. 13, 80 λαβὼν τὰ ὅπλα, 10, 1 τὰ ὅπλα ἀποβεβληκότα, 10, 3 et 11, 8 ἀποβεβληκὼς τὰ ὅπλα.

Unus ille quem supra commemoravi locus Lysiacus 34, 8 ὅπλα λαβόντες caret articulo in codicibus, quem quidem locum Rehdantz adhibet ad defendendam articuli omissionem eo Lycurgi loco, quem tractamus. Sed in Lysiae loco addendum esse articulum illi loci me docent, quos supra contuli ex oratoribus Atticis et ex inscriptionibus Atticis elucere existimo, ubi articulum antepositum esse videmus. Syll. Dittenb. nr. 187_{38} (C. I. A. II 270) τὰ ὅπλα τιθέμενοι. (306/05 a. Chr. n.) Syll. Dittenb. nr. 198_{12} (C. I. A. II 317) ἔθετο τὰ ὅπλα (cf. Syll. Dittenb.

nr. 329, inscr. Eph. 88 a. Chr.: *ἀναλάβωσι τὰ ὅπλα,* ibid. v. 46 *τοὺς ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα*).

Quod explicant Frohberger (Philol. 33 pag. 505) et Cobet (Mnemos. VIII, 125) apud posteriores articulum omitti, adnotare velim etiam Thucydidem et Platonem ab illo usu oratorum ponendi articuli discedere.

Thucydides illam quidem locutionem *τὰ ὅπλα τίθεσθαι* (de varia significatione conferas quae Poppo-Stahl adnotant ad 2, 2 IV) omnibus locis, ni fallor, cum articulo praeposito praebet. 2, 2 IV *θέμενοι δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα,* ib. *τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα.* 4, 44 *ἔθεντο τὰ ὅπλα.* 4, 68 *μετὰ Ἀθηναίων θησόμενον τὰ ὅπλα.* 4, 90 *οἱ δὲ πολῖται θέμενοι τὰ ὅπλα ἡσύχαζον.* 4, 91 *ὅτε ἔθεντο τὰ ὅπλα.* 4, 93 8, 93 *ἔθεντο τὰ ὅπλα.* — 7, 3 8, 93 *θέμενοι τὰ ὅπλα.* 8, 25 *τὰ ὅπλα τίθενται.*

Sed in ceteris locutionibus a Thucydide modo additur articulus (3, 22 II *τὰ ὅπλα μὴ κρουόμενα.* 4, 21 *τὰ μὲν ὅπλα καὶ σφᾶς αὐτοὺς Ἀθήναζε κομισθῆναι.* 4, 30 *τά τε ὅπλα καὶ σφᾶς αὐτοὺς παραδοῦναι.* 4, 32 *ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα.* 4, 37 bis *τὰ ὅπλα παραδοῦναι.* 4, 38 *τὰ ὅπλα παρέδοσαν.* 4, 40 *τὰ ὅπλα παραδοῦναι.* 4, 46 *τά ὅπλα παραδόντων.* 4, 91 *ἐκλίποιεν τὰ ὅπλα.* 4, 130 *ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα.* 5, 34 *τὰ ὅπλα παραδόντας.* 5, 74 *προθέμενοι τῶν πολεμίων νεκρῶν τὰ ὅπλα.* 6, 58 *τὰ ὅπλα ὑπολαβεῖν.* 6, 69 *ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα.* 7, 83 *ἀναλαμβάνουσί τε τὰ ὅπλα.* 8, 69 *λαβόντας τὰ ὅπλα*), modo articulus omittitur (1, 53 *ὅπλα ἀνταιρόμενοι.* 1, 82 *ἀλλὰ ὅπλα μὲν μήπω κινεῖν.* 3, 27 *ἐπειδὴ ἔλαβον ὅπλα* „die Waffen". 3, 91 *καὶ ὅπλα λαβόντες καὶ τρόπαιον στήσαντες.* 3, 103 *ὅπλα λαβόντες ἀπεχώρησαν.* 4, 16 *ὅπλα μὴ ἐπιφέρειν τῷ τειχίσματι.* 4, 33 *ὅπλα ἔχοντες.* 4, 56 *ὅπλα ἐλήφθη.* 4, 78 5, 18 47 7, 18 57 *ὅπλα ἐπιφέρειν.* 7, 49 bis *ὅπλα ἐπενεγκεῖν.* 5, 47 *ὅπλα ἔχοντες.* 6, 56 *ἔχοντάς γε ὅπλα.* 7, 73 *ὅπλα λαβόντας.* 7, 82 *ὥστε ὅπλα τε παραδοῦναι*).

Ne Plato quidem constat sibi in ea re.

Legg. VI 753 B *ὁπόσοιπερ ἂν ὅπλα ἱππικὰ ἢ πεζικὰ τιθῶνται,* contra Pol. IV 440 E *τίθεσθαι τὰ ὅπλα* Symp. 179 A *ἢ λιπὼν τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλόντα* (cf. Aristot. Eth. V. *μὴ λείπειν τὴν τάξιν μηδὲ φεύγειν μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα*) Critias 120 C *μήτε ποτὲ ὅπλα ἐπ' ἀλλήλους οἴσειν* Legg. I 638 A *ὅταν ὅπλα εἰς τὰς χεῖρας λάβωμεν* Apol. 39 A *ὅπλα ἀφείς.* (Addere velim Aristotelem plerumque articulum ponere videri, semper in libro quidem, qui inscribitur

Πολιτεία Ἀθηναίων. cf. cap. XIV_2 $XV_{3\ 4\ bis}$ $XXXVII_{1\ 2}$.) (De varia significationo elocutionis *τὰ ὅπλα τίθεσθαι* disputat Rehdantz in eis, quae praefatur ad Xen. Anab.)

In § 50 doleo quod nemo editor praeter Esium rationem habuit illius ab Herwerdeno propositae emendationis *ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας* (codd. *ὑπὲρ κοινῆς ἐλευθερίας*). Sed cum Herwerden nihil afferat argumenti, equidem defendere velim articulum dicendi usu; nam adiectivum *κοινός* postulare articulum ex eo intellegitur, quod nullo loco apud oratores Atticos legimus *ὑπὲρ κοινῆς ἐλευθερίας* vel *σωτηρίας,* sed ubique *ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθεριάς* vel *σωτηρίας.* Per adiectivum *κοινός* certus ac ratus sensus imprimitur substantivo, cui apponitur, eodem modo, quo Germanice dicimus „für die gemeinsame Freiheit", vel „für das gemeinsame Wohl" etc. Firmantur ea, quae sentio de articulo ponendo, locis similibus. Documento sunt et ei quos ex oratoribus contuli loci et inscriptiones Atticae, ubi idem usus observatur; e Lycurgo ipso § 88 *ἀντὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας,* § 46 *εἰς τὴν κοινὴν σωτηρίαν.* Similem invenis locum in § 139 *πρὸς τὴν κοινὴν σωτηρίαν.* — Ex Hyperide afferendum est 6, 40 *εἰς τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν τῶν Ἑλλήνων.* — Isocrates scribit 5, 69 *περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας;* analogiam cognoscis 4, 85; cf. 8, 93 *ὑπὲρ τῆς κοινῆς δόξης.* (cf. 6, 93.) — Demosth. 17, 2 *περὶ τῆς κοινῆς εἰρήνης.* 17, 4 *ἐν τῇ κοινῇ εἰρήνῃ.* — Din. 1, 35 *ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας.* (Demad. 4 *πρὸς τὴν κοινὴν σωτηρίαν.*) — C. I. A. 323_{30} *ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας.* 331_{32} *ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας.* 332 *σπουδάζων ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας.* — C. I. A. Suppl. $385\,b_{15}$ *εἰς τὴν κοινὴν σωτηρίαν.* § 50

In § 51 codd. *μεγίστας τιμὰς ἀπονέμετε.* Vetustiorum et recentiorum multi offenduntur eo, quod articulus deest ante *μεγίστας.* Reiske anteponendum articulum esse censet, quam coniecturam accipiunt Heinrich, Es, Herwerden (Mnem. XI. pag. 65). Frohberger ex ipsa concinnitate colligere posse sibi videtur articulum haud dubie restituendum esse, quia opponitur *ταῖς ἐσχάταις τιμωρίαις κολάζειν,* et affert locum Lysiacum 26, 20 *ταῖς μεγίσταις τιμαῖς τετίμηκεν* (Philol. 29 p. 629 et Philol. 33 pag. 511). Sed nescio, quid insit argumenti Lysiae loco. An colligi posse credamus ex hoc uno loco Lysiaco etiam in Leocrateae lectione articulum esse ponendum? Eodem iure licet afferre illud Demosthenicum 20, 141 *εἶτα μεγίστας δίδοτ' ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου δωρειὰς τοῖς .... νικῶσιν,* ubi v. *δωρειάς* significat honores § 51

„Ehrengaben"; nam etiam ea locutio articulo caret. Sed hi duo loci allati nihil valent ad emendandum locum Lycurgeum. Una gravior causa, cur ponere velis articulum, repeti possit ex lege concinnitatis et in hanc debuit sententiam Frohberger quaerere similes locos. Quid quod invenimus apud Isocratem, qui longe omnium maxime oratorum observare solet legem concinnitatis, locum huiusmodi in 12, 225 *ἀλλὰ τὰς μὲν αὐτῶν εὕροιμεν ἂν πλείστων ἀγαθῶν αἰτίας γιγνομένας, τὰς δὲ τῶν μεγίστων κακῶν καὶ συμφορῶν*, ubi uno loco omitti articulum, altero poni videmus neglecta lege concinnitatis? — Aliter de illa Lycurgea lectione iudico ac Frohberger, Reiske ceterique quos supra nominavi interpretes. Graecae enim linguae usus hac in re longe discrepat a Germanico; nam persaepe in Graeco omittitur articulus ante superlativa, quo nos Germani carere non possumus. Quare saepissime illud *μέγισται τιμαί* vertendum est „die grössten Ehren" vel *πλεῖσται τιμαί* „die meisten Ehren". Qui dicendi usus permultis locis scriptorum Graecorum apparet, quos omnes afferre longum est. Quantopere distent in ea re Graecus sermo et Germanicus, optime intellegas ex his locis:

Isocr. 8, 113 *οἱ πρωτεύοντες καὶ δόξας μεγίστας ἔχοντες.* 8, 117 *μεγίστους οἴκους τῶν Ἑλλήνων κέκτηνται.* 5, 111 *ἥπερ (Τροία) εἶχε τότε μεγίστην δύναμιν τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν.* 11, 35 *μεγίστην δὲ δύναμιν τῶν καθ' αὑτὸν κτησάμενον.* ep. 9, 18 *μεγίστην δὲ τῶν Ἑλλήνων ἔχοντι δόξαν.* 13, 2 *Ὅμηρος ὁ μεγίστην ἐπὶ σοφίᾳ δόξαν εἰληφώς* (9, 15 *μεγίστας τιμὰς ἔχων*). 15, 39 *τοὺς πλείστην σχολὴν τῶν Ἑλλήνων ἄγοντας.* Demosth. 23, 211 *ὃς μέγιστα ναυκλήρια κέκτηται τῶν Ἑλλήνων.* 23, 209 *χρήμαθ' ὑπῆρχε κοινῇ πλεῖστα τῶν πάντων Ἑλλήνων.* (Plato Alc. II 148 E *οἱ πλείστας θυσίας καὶ καλλίστας τῶν Ἑλλήνων ἄγομεν.* — Thucydides uno eodemque loco duplicem adhibet usum, 1, 144 *ἐκ τε τῶν μεγίστων κινδύνων μέγισται τιμαὶ περιγίγνονται,* addatur etiam 2, 11 *μεγίστην δόξαν οἰσόμενοι.*)

Quae proprietas imprimis ab Isocrate excolitur, cuius in orationibus saepissime superlativa *πλεῖστος* et *μέγιστος* articulo carent. (Cf. 3, 25 43 50 4, 21 75 77 5, 53 119 134 145 6, 15 50 103 a.) Respiciens hunc usum dicendi non dubitaverim permanere in lectione codicum § 51 *μεγίστας τιμὰς ἀπονέμετε* nec Rehd. interpretationem „sehr grosse Ehren" comprobaverim.

(Simillimam omittendi articuli rationem ante superlativa invenimus in locutionibus *πάντων ἀτοπώτατον ποιοῦσιν* Lyc. § 11. —

πεπόνθατε πάντων αἴσχιστον καὶ ῥαθυμότατον id. § 114. — Cf. Isocr. 14, 45 *πάντων ἀλογώτατον πεπόνθασιν.*)

Lectionem codd. § 97 *τὴν παρὰ θεῶν ἔχοντες μαρτυρίαν* § 97 complures editores et interpretes (Sauppe, Blass, Frohberger) commutare volunt in *τὴν παρὰ τῶν θεῶν ἔχοντες μαρτυρίαν* (interposito articulo ante *θεῶν*). Priusquam de hac re ipsa ea, quae sentio, affero, de adhibendo articulo ante vocabulum *θεοί* in universum disputare me oportet.

Saepissime enim deest articulus ante *θεοί* apud oratores Atticos, ubi Germani eum requirunt. Isocr. 4, 38 *παρὰ θεῶν ἔχομεν* „von den Göttern haben wir". Deest articulus in locutione Isocratea *εἰς θεοὺς ἀναγαγεῖν* (unter die Götter versetzen) 5, 132 10, 17 61. Simili modo semper articulo caret locutio *θεῶν τις* vel *τὶς θεῶν* (cf. *Ἀθηναίων τις, ἀνθρώπων τις*). Demosth. 4, 42 8, 49 18, 153 195 61, 12. Lys. 6, 22. Aeschin. 3, 88 (cf. *οὐδενὸς θεῶν* Aeschin. 1, 88). Isocr. 5, 68 5, 152. Lyc. 91 *θεῶν τινα.* Perpetuo omitti articulum videmus in locutione Demosthenica *θεοῖς ἐχθρός.* 18, 46 61 119 295 19, 61 95 197 223 250 268 315. Saepius articulus abest iis locis, ubi opponuntur vel coniunguntur similia nomina ad universitatem spectantia, velut *ἄνθρωποι, ἥρωες.* Isocr. 8, 33 *καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις.* Aesch. 1, 90 *ἀπὸ θεῶν* opp. *ἀπ' ἀνθρώπων.* Andoc. 1, 97 *πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων.* Lys. 13, 3 *καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρ' ἀνθρώπων.* 4, 20 *πρὸς οὖν παίδων καὶ γυναικῶν καὶ θεῶν.* (Cuismodi usum observare licet multis locis Thucydidis, cf. 1, 71 *οὔτε πρὸς θεῶν . . . . οὔτε πρὸς ἀνθρώπων.* 2, 53 *θεῶν δὲ φόβος ἢ ἀνθρώπων νόμος.* 2, 79 *εἰς ἐπιμαρτυρίαν καὶ θεῶν καὶ ἡρώων* a.) — Plerumque illa quoque obsecrandi formula *πρὸς θεῶν* (bei den Göttern) articulo caret apud oratores; sed ne in hac quidem locutione constare sibi oratores ex multis elucet locis, qui habent articulum. Demosth. 1, 15 8, 32 9, 43 21, 98 172 35, 44 42, 17 Din. 3, 1 Aeschin. 2, 102 a. Pertinent huc duae Aeschinis lectiones 1, 87 et 3, 156, quibus locis codices praebent *πρὸς τοῦ Διὸς καὶ θεῶν* omisso articulo ante *θεῶν.* Quas lectiones interpretes mutare rectius sibi visi sunt in *πρὸς Διὸς καὶ θεῶν* aut *πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν θεῶν.* Concedo quidem Demosthenem ubique scripsisse *πρὸς Διὸς καὶ θεῶν.* Nec tamen articulum necessario repetendum aut in utroque substantivo omittendum esse censeo, quia simillime adhibetur articulus in dictionibus Demosth. *νὴ τὸν Δία καὶ θεούς* 18, 129 25, 65 32, 10 et *μὰ*

τὸν Δία καὶ θεούς 36,53. Etiam in his locutionibus articulus semel isque ante *Δία* ponitur. (Adnotandum est illam simplicem obtestationem *μὰ* (*νὴ*) *τοὺς θεούς* ubique articulum habere.) Accedunt ad illas locutiones, quas articulo carentes supra attuli, duae Dinarchi locutiones 1,88 *θεῶν βουλομένων* („wenn die Götter es wollen") 3,19 *θεῶν ἵλεων ὄντων*. (Contra Demosth. ep. 6,2 *τῶν θεῶν θελόντων*.)

Quibus locis cognitis etsi facile adducaris, ut defendas illam articuli omissionem in § 97 ante *θεῶν*, tamen te admonere velim de alia proprietate dicendi, unde repetas satis gravem causam, cur addas rectissime articulum *τῶν*. Nam si perquires apud oratores omnes dictiones eas, in quibus cum substantivo coniungitur praepositione attributum quod vocant pertinens ad *θεοί* (velut *ἡ παρὰ τῶν θεῶν εὔνοια* vel *ἡ εὔνοια ἡ παρὰ τῶν θεῶν*), has omnes articulum habere ante vocabulum *θεοί* reperies. Primae eae conferendae esse mihi videntur, quibus inest praepositio *παρά*. Quas permultas in Leocratea ipsa invenis. 26 *τὴν παρὰ τῶν θεῶν βοήθειαν*, 82 *τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν*, 148 *τῇ παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίᾳ*, 129 *αἱ παρὰ τῶν θεῶν ἐπικουρίαι*. Eadem proprietas cognoscitur in Demosth. or. 1,10 *τῶν παρὰ τῶν θεῶν ὑπηγμένων* (*ὑπηγμένων* hic substantivi locum tenet), 2,1 et 2,22 *τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν*, ep. IV, 5 *ταῖς παρὰ τῶν θεῶν μαντείαις*. Isocr. 8,120 *τὰς παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίας*, 18,3 *τὴν παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίαν*, 7,30 *τὰ παρὰ τῶν θεῶν*. Lys. 12,96 *τῆς παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίας*.

Eandem constantiam positi articuli ante voc. *θεοί* prae se ferunt loci cum his praepositionibus:

τὰ πρὸς τοὺς θεούς Isocr. 2,20 Demosth. 3,26 pr. 54 Aeschin. 3,120 Antiph. 5,82; *τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν* Demosth. 18,7 Isocr. 11,15; *τὴν εὐσέβειαν τὴν πρὸς τοὺς θεούς* Isocr. 10,31; *τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας* Demosth. 59,74; *τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἐπιμελείας* Demosth. 22,78 24,186; *τὰ πάτρια τὰ πρὸς τοὺς θεούς* Demosth. 59,73; *τὸ ἀσέβημα τὸ πρὸς τοὺς θεούς* Demosth. 59,109;

τὰ περὶ τοὺς θεούς Isocr. 3,2 7,29; *τὴν περὶ τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν* Isocr. 8,135; *τὴν εὐσέβειαν τὴν περὶ τοὺς θεούς* Isocr. 12,204; *τὴν περὶ τοὺς θεοὺς θεραπείαν* Isocr. 11,24; *τῆς περὶ τοὺς θεοὺς ὀλιγωρίας* Isocr. 15,249;

τὰ εἰς τοὺς θεούς Antiph. 6,5; *τῆς εἰς τοὺς θεοὺς παρρησίας* Isocr. 11,40; *τῶν εἰς τοὺς θεοὺς πλημμελημάτων* Aeschin. 3,106;

τοῖς ἀπὸ τῶν θεῶν σημείοις Antiph. 5, 81; *τὰ σημεῖα τὰ ἀπὸ τῶν θεῶν* id. 5, 84.

Idem usus affirmatur etiam inscriptionibus, ubi omnes quae inveniuntur eiusmodi locutiones articulum habent ante *θεοί.* Ex permultis huc pertinentibus locis conferas Syll. Dittenb. nr. nr. 190_{19} 202_{22} 205_{6} $206_{19\ 23}$ 207_{11} 279_{13} $295_{9\ 13\ 14}$ 606_{20} 635_{13} (257_{14} 259_{29} 261_{25} a.).

Alius locus, ubi vitiose omittitur articulus in codicibus, nobis § 136
occurrit in § 136, ubi in editione Aldina recte legis *ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος*, cum codices afferant *ἐν τῷ τοῦ Διὸς σωτῆρος.* (Thalh., Blass, Cima *τοῦ Διὸς* [*τοῦ*] *σωτῆρος.*) Quod H. Mayer in elegantissima dissertatione Friburgensi („Observationes in Lycurgi oratoris dicendi usum", Friburgi 1889) p. 19 explicat ex plurimorum scriptorum consuetudine exspectari *Διὸς τοῦ σωτῆρος,* discernas quaeso inter cognomina deorum et hominum. Nam cum cognomen h o m i n u m nomina propria sequens articulum sibi antepositum habere soleat, sive deest ille ante nomen proprium ipsum sive non deest, quare legas *Δημοσθένης ὁ Παιανιεύς* et *ὁ Δημοσθένης ὁ Παιανιεύς,* cognomen illud, quod sequitur nomina propria d e o r u m, non habet articulum, nisi ille etiam nomini proprio ipsi anteponitur, habet articulum, si is antecedit. Quare scribendum est aut *Διὸς σωτῆρος* utroque omisso articulo (ut Lyc. 137) aut *τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος* bis articulo adhibito (ut Lyc. 17 137), sed nullo modo *Διὸς τοῦ σωτῆρος* vel *τοῦ Διὸς σωτῆρος.* Qui usus ponendi vel omittendi articuli ante cognomina subsequentia deorum nomina in omnibus cognominibus, quemcumque habent sensum vel formam (*Ὀλύμπιος, ἐλεύθερος, σωτήρ* etc.) ab omnibus scriptoribus Graecis illorum temporum diligentissime observatur. Etiam in inscriptionibus cum in Atticis tum in ceterarum civitatum Graecarum lapidibus eundem usum teneri animadvertimus.

Sed cum longum sit omnes eiusmodi locutiones, quae observantur, afferre, eos tantum locos, quibus inest cognomen *σωτήρ,* simillimos huic Leocrateae loco et ex oratoribus et ex inscriptionibus colligi satis habeas. Isocr. 9, 57 *τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος.* Demosth. pr. *ΝΔ τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι.* Lys. 26, 6 *τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι.* Din. 3, 15 *νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα,* (at 1, 26 *Ζεῦ σῶτερ,* ubi ipsa interiectio *ὦ* omittitur dicendi usus servandi causa). Cf. ex ceteris scriptoribus Aristot. Pol. Ath. c. 56 *τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι,* Plat. epist. VII 334 D *Διὸς τρίτου σωτῆρος.* Xen. Anab. $3, 2_{IX}$ *τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος* $6, 5_{XXV}$ *Ζεὺς σωτήρ.*

Ex inscriptionibus Atticis hos contuli locos: C. I. A. II 162 e 13 *τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος*. sim. in 325 (ter) 326 (sed 834 *Διὸς σωτῆρος*). C. I. A. Suppl. 184 b_{18} 373 e. C. I. A. II nr. 305 *τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι*. sim. in nr. nr. 325 326 466_{23} 469_{21} 616 741 A a_{24} b_{17}. C. I. A. Suppl. 192 $e_{21\text{ et }31}$ 373 c, at 1048 b *Διὶ σωτῆρι* (bis, omiss. art.) et 1206 b *Διὶ σωτῆρι καὶ Ἀθηνᾷ σωτήρᾳ*. 231 b_{68} *τὸν Δία τὸν σωτῆρα*.

Addantur complures locutiones illarum inscriptionum, quae inventae sunt extra Atticam. Syll. Dittenb. nr. nr. 209_{23} (Delus) *Διὶ σωτῆρι*, 578_{12} (Calauria) *τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι* (saec. III.), 578_{21} *τὸν Δία τὸν σωτῆρα*, 289_{10} (Megalop.) *Διὸς σωτῆρος* (saec. II.), 289_{41} *τὸν Δία τὸν σωτῆρα*, 308_{17} (Orop.) *τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι*, 592_{30} (Pergam.) *τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος*, 619_{33} (Cos.) *Διὶ σωτῆρι*, $376_{48\ 56}$ *τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι* (aet. Rom.).

Quo fit, ut non laudari possit locus Thucydideus 3, 14 *καὶ Δία τὸν Ὀλύμπιον* haud dubie vitiose a libris traditus et ab editoribus neglectus. Cf. Thuc. 2, 15 *τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου* et 5, 31 *τῷ Διὶ τῷ Ὀλυμπίῳ ἀποφέρειν*, ubi recte conservari videmus hunc usum. Sed locum Xenophonteum Anab. 6, 2 xv afferre non licet ad defendendum illum locum Thucydideum (3, 14), quia antecedit illo loco appositio; ille enim quem modo explicavi usus articuli cadit in eas locutiones pertinentes ad deorum nomina, ubi subsequitur appositio. Inscriptiones ne minimum quidem dubii relinquunt, quin non modo oratorum, sed etiam universorum scriptorum Graecorum proprius sit ille usus adhibendi articuli in cognominibus deorum. (Cf. Meisterb. gr. inscr. Att. p. 223, 3 et 4.)

§ 143 Differunt libri manuscripti A et N in § 143, ubi cod. A affert *οἰκεῖν ἐν τοῖς τείχεσι τῆς πατρίδος*, cod. N *οἰκεῖν ἐν τοῖς τείχεσι τοῖς πατρίδος*. Blass scribendum esse censet *τοῖς τείχεσι τοῖς τῆς πατρίδος*, qua scriptura illam articuli diversitatem declarari putat. Unam illam codicis A lectionem rectam esse haud difficile cognoscas, si persequaris eiusmodi dictiones earumque analogias apud oratores Atticos. Primos spectare nos oportet Lycurgi ipsius simillimos locos 17 *τὰ τείχη τῆς πατρίδος*, 150 *τὰ τείχη τῆς πόλεως*. Isocrates ter praebet huius generis dictionem 15, 319 *καὶ τὰ τείχη τῆς πατρίδος κατασκαφέντα*, 20, 11 *κατασκάψασαι δὲ τὰ τείχη τῆς πατρίδος*, 5, 64 *τὰ τείχη τῆς πατρίδος ἀνώρθωσεν*. Quo loco (5, 64) Blass vitiose in editione Isocratea (Lipsiae, Teubn. 1898) scribit *τὰ τείχη τὰ τῆς πατρίδος*, quamquam codex Urbinas (*Γ*) recte praebet *τὰ τείχη τῆς πατρίδος*, ut ceteris locis (cf. app. crit. in Blassii edit. Isocr. vol. I pag. 27). Accedit Dinarchus, qui semel similem usurpat locutionem 1, 37 *τὰ τείχη τῆς πόλεως*.

Ex Demosthenis orationibus huc pertinent 18, 96 *τείχη τῆς πόλεως* (et 9, 58 *τὰ τείχη τοῦ Πορθμοῦ*). In inscriptionibus Atticis unam investigavi eiusmodi dictionem eamque in Syll. Dittenb. nr. 233_{15} *τὰ τείχη τοῦ ἄστεως*. Omitti solet non modo a Lycurgo sed etiam a ceteris oratoribus articulus ante genitivum attributivum huic substantivo postpositum. Inveniuntur autem multae locutiones apud oratores, quae articulo, quem exspectes propter genitivum attributivum sequentem, carent. Sed priusquam de talibus dictionibus disputare pergo, de articulo iteratione ipsa pauca disseram. Nam multis locis et scriptorum ceterorum et oratorum interpretes editoresque levius iudicantes de eo usu articulos vitiose modo eliserunt modo interposuerunt. Satis copiose Kuehner disputat de articuli iteratione ante genitivos attributivos substantivo postpositos. Sed idem ostendit, quam non sibi constent scriptores in tenenda illa iteratione articuli (gr. Gr. § 464 et adnot. 1). Quam inconstantiam cadere in oratores quoque Atticos maxime ex eo apparet, quod similes locutiones eiusdem vel similis sententiae varium prae se ferunt articuli usum. Multas contuli eius generis locutiones, quarum in alteris iterari, in alteris omitti observamus articulum.

Andocides quidem in una eademque oratione has praebet locutiones: 1, 12 (1, 14) *ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ Πουλυτίωνος*, 1, 16 *ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ Χαρμίδου*, at 1, 17 *ἐν τῇ οἰκίᾳ Φερεκλέους*. Aeschin. 1, 29 *τὰ κοινὰ τῆς πόλεως* (Franke interponere vult *τὰ* post *κοινά*). 1, 30 simillime dicitur *τὰ κοινὰ τῆς πόλεως*, at Isocrates 15, 285 iterans articulum dicit *τὰ κοινὰ τὰ τῆς πόλεως* (id. in 18, 34 *τὸ κοινὸν τῆς πόλεως*, cf. Aeschin. 2, 139 *τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτ.*). Quae dictio etiam in inscriptionibus plerumque omisso articulo *τό* post *κοινόν* deprehenditur. Sed non constare sibi Graecos cognoscas ex Syll. Dittenb. nr. 479, ubi legimus *τὸ κοινὸν τὸ Ἰλιέων*. Aeschines duplicem formam ostendit: 2, 5 *τῷ βίῳ τῷ τῶν κρινομένων*, contra 1, 196 *τὸν βίον τοῦ κρινομένου* (vel 1, 48 *τὸν βίον τοῦ σώφρονος ἀνδρός*, at 3, 203 *τὸν ἴδιον βίον τὸν Δημοσθένους*). Isocr. 15, 79 *τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων*, contra Alkid. *περὶ σοφιστῶν* (ed. Blass) § 9 *τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων*.
Aeschin. 1, 11 *ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου*, contra Isocr. 15, 271 *ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθρώπων*, vel Isocr. 15, 306 *τὴν φύσιν τὴν τοῦ Πειραιῶς*, at 11, 14 *τῇ φύσει τῆς χώρας*, Din. 2, 26 *τῇ φύσει τῆς Ἑλλάδος*.

Isocr. 12, 158 *διὰ τῆς δυνάμεως τῆς Λακεδαιμονίων*, at Demad. 13 *τὴν δύναμιν τῶν Θηβαίων.*

Lyc. 17 *τοὺς λιμένας τῆς πόλεως*, at Syll. Dittenb. nr. 195_{13} *τοὺς λιμένας τοὺς τῆς πόλεως.*

Aeschin. 1, 8 *τοὺς τρόπους τοὺς Τιμάρχου*, sim. 1, 37 et 1, 74; at 1, 4 *τοῖς τρόποις τῶν ἐφεστηκότων.*

Isae. 9, 4 *οἱ δὲ φίλοι Ἀστυφίλου*, contra Aeschin. 1, 73 *τῶν φίλων καὶ ἑταίρων τῶν Χάρητος.*

Din. 1, 27 *τὸ ψήφισμα τὸ Θηβαίων*, at Aeschin. 3, 105 *τὸ ψήφισμα τῶν Ὠρειτῶν.*

Lyc. 20 *τὰς παρασκευὰς τῶν κρινομένων*, at 32 *ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ λογου.*

§ 93 Spectat huc ille quoque locus § 93 *ἐπὶ τὸν βωμὸν τῶν δώδεκα θεῶν*, ubi Bekker iterare vult articulum *τὸν* post *βωμόν*, id quod etiam Es et Frohberger defendunt. Sed eadem quam modo ostendi varietas inest etiam illis ad vocabulum *βωμός* pertinentibus dictionibus. Quin etiam rarius videas iterari articulum in eiusmodi locutionibus, saepius omitti: Aeschin. 1, 60 *ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν*, sed omisso articulo: Syll. Dittenb. nr. 216_{41} *παρὰ τῷ βωμῷ τοῦ Ἡρακλέους*, 587_{140} *τὸν βωμὸν τοῦ Πλούτωνος.* Cf. sim. loc. Lyc. 17, Aesch. 3, 176, Antiph. 6, 39 2 *α* 10, Andoc. 1, 33.

Eius generis articuli iterationem ne in reflexivis quidem pronominibus diligenter observari ex ipsa Leocratea cognoscas inspiciens locos 35 *τῆς ἀπολογίας αὑτῶν* et 46 *τὰς ψυχάς αὑτῶν ἀνήλωσαν*, ubi Blass quidem iterat articulum post *ψυχάς*. Sed conferas Kuehneri explicationes, gr. Gr. § 464 adnot. 2, ubi dilucide ostenditur, quam late pateat hic usus.

Eadem libertas omittendi articuli, quem exspectes, compluribus eis locis deprehenditur, ubi sequitur genitivus attributivus pronominum demonstrativorum (*τούτου, τούτων* a.). Ad hunc usum conferantur Rehdantzii index Dem. II „*οὗτος*", Blassii editio Dinarchea app. crit. ad 1, 79 et 1, 92, Kuehneri gr. Gr. § 464 adnot. 2. (Locos ex Isaeo adhibitos in editione Scheibii omnes invenis commutatos interpositis articulis. cf. 9, 10 9, 36 et 10, 4.)

§ 120 Restat, ut disputem de loco Leocrateae 120, ubi codices omittunt articulum post vocabulum *ψήφισμα* in enuntiato *λαβὲ δ'αὐτοῖς καὶ τὸ ἕτερον ψήφισμα [τὸ] περὶ τῶν εἰς Δεκέλειαν μεταστάντων.*

In ceteris quidem similibus locutionibus, quae reperiuntur apud oratores Atticos, iteratur articulus, velut Demosth. 19, 267 *λέγε τὸ ψήφισμα τὸ περὶ τῶν Ὀλυνθίων.* 23, 151 *τὸ ψήφισμα ἀνάγνωθί μοι τὸ περὶ τῶν ὁμήρων.* Aeschin. 3, 76 *λαβέ μοι τὸ ψήφισμα τὸ περὶ τῆς προεδρίας.* (Cf. 2, 110 *τὸ περὶ τῆς προεδρίας τῆς εἰς τὰ Διονύσια τοῖς πρέσβεσι τοῖς Φιλίππου ψήφισμα.*)

Sed non est praetermittendum etiam in locutionibus, in quibus adest attributum praepositionale quod vocatur, licentiam quandam iterandi articuli deprehendi, id quod Kuehner multis docet exemplis ex scriptoribus Graecis collatis (§ 464, 1). Ex oratoribus Atticis hi loci huc pertinent: Lys. 1, 30 *ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης* (ubi Westius interponendum esse censet *τόν* post *νόμον*), Aeschin. 2, 87 *ἐν ταῖς φονικαῖς δίκαις ἐπὶ Παλλαδίῳ* (*ταῖς* post *δίκαις* Scalig.), 3, 238 *πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου διαβάσεως εἰς τὴν Ἀσίαν,* contra 3, 243 *διὰ τὸν περίπλουν τὸν εἰς Κέρκυραν.* Similiter Lyc., § 13 *διὰ τὸν ἔκπλουν τὸν εἰς Ῥόδον.* Haec omissio articuli saepius ab interpretibus eo excusatur, quod, ut in his modo collatis locis et in illa Leocrateae paragrapho, additur substantivo ei, quocum coniungitur locutio attributiva, appositio. Sed in eo quem tractamus Lycurgi loco ipsum illud substantivo *ψήφισμα* appositum *ἕτερον* tamquam suadere videtur, ut repetatur articulus post *ψήφισμα.* Ambigua est enim lectio codicum *τὸ ἕτερον ψήφισμα περὶ τῶν εἰς Δεκέλειαν μεταστάντων,* quia haud vitiose interpreteris „alterum eorum plebiscitorum, quae sancta sunt de civium Deceleam demigratione“, quasi duo sancta sint plebiscita de una eademque re, quorum alterum iam antea recitatum, alterum nunc recitandum sit. Novum autem citare velle oratorem plebiscitum, quod opponatur illi populi scito (§§ 118, 111) antea dicto, nemo est, qui neget. Sed ut aperte et dilucide opponatur hoc de alia re altero loco (§ 120) scitum allatum illi plebiscito superiore loco commemorato (§ 118), iteratio articuli necessario posci mihi quidem videtur, quo articulo sensus efficitur, quem Germanice exprimas „den anderen Beschluss, nämlich den über die nach Dekelea geflüchteten Bürger.“

At quamquam, ut supra ostendimus, satis magnam prae se ferunt incuriam oratores in iterandis articulis ante appositiones attributivas subsequentes, tamen non desunt apud oratores Atticos locutiones, in quibus articulum aut perpetuo iterari aut perpetuo omitti videamus ante genitivos attributivos postpositos.

Illi usui, ex quo in quibusdam locutionibus perpetuo iteratur articulus antecedentis substantivi optimo documento est illud saepissime apud oratores usurpatum ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων significans οἱ Ἀθηναῖοι. Ex inscriptionibus quidem apparet in ea dictione semper articulum iterari. Ex Lycurgi Leocratea huc spectant §§ 36 τὸ ψήφισμα τὸ Ὑπερείδου et 127 ἐν τῷ ψηφίσματι τῷ Δημοφάντου. Ubique enim apud oratores iteratur articulus vocabuli ψήφισμα in eis locutionibus, in quibus subsequitur nomen eius, qui fecit plebiscitum. Cf. Aeschin. 2, 65 2, 109 Demosth. (Ps. Dem.) 7, 24 7, 25 19, 53 86 286 24, 101 58, 36.

Ille autem quem altero loco commemoravi usus, ex quo perpetuo omittitur articuli iteratio ante genitivum sequentem, saepe animadvertitur. Praeter illam de qua supra disputavi locutionem pertinentem ad τὰ τείχη aliam Leocrateae nominaverim τὰ
[§ 21] ὅρια τῆς χώρας· Quae locutio bis a Lycurgo usurpata (§ 21 et
[§ 47] § 47 ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Βοιωτίας) omnibus locis oratorum articulo caret, quem debere iterari credas propter genitivum attributivum postpositum. Isocr. 4, 87 τοὺς ὅρους τῆς χώρας. Demosth. 23, 39 τῶν ὁρίων τῆς χώρας. Ps. Lys. 2, 26 παρὰ τοὺς ὅρους τῆς χώρας Demad. (in ed. Din. Bl.) 2 τοὺς ὅρους τῆς χώρας. 12 τοὺς ὅρους τῆς Λακωνικῆς. Haud alienum videatur afferre Platonis locos Legg. 778 E τῶν ὅρων τῆς χώρας, analog. Menex. 240 B ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς Ἐρετρικῆς. Quae loquendi ratio affirmatur inscriptionum Atticarum locis C. J. A. II. nr. 467 v.v. 22 et 86 τὰ ὅρια τῆς Ἀττικῆς. C. I. Gr. add. 2561 b 65 οἱ δὲ ὅροι τᾶς χώρας. Analogiam cognoscimus apud Antiph. 3 β 4 ἔξω τῶν ὅρων τῆς αὐτοῦ πορείας. — Adnumerandum est Lyc. 146 τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου, idem ap. Aeschin. 2, 50 2, 31 (pl.) Din. 2, 23 Lys. 13, 33 (pl.) Hyp. 1, 1 (pl.). (Quodsi Ps. Demosthenicus locus 50, 13 τὸ ψήφισμα τὸ τοῦ δήμου suspectus esse videatur, animadvertendum est opponi illud τούτων τὴν μαρτυρίαν. Inscriptiones omnes, quas equidem inspexi, offerunt τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου. Syll. Dittenb. nr. nr. 101_8 129_{28} 232_{31} κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου. a.

Ad eundem usum articuli iterationis perpetuo neglectae ante genitivum attributivum referas etiam dictiones eas, quae pertinent ad substantiva ἀρχή (principium) et τελευτή, τέλος (finis). Ex his vocabulis si pendet genitivus, nusquam iterari videas apud oratores articulum horum substantivorum. Cf. Lycurgi paragraphum 1 τὴν ἀρχὴν τῆς κατηγορίας. (Demosth. 4, 43 14, 3 20, 8. Aeschin. 2, 70 96 21 3, 236 205 a.)

Propria autem haec dicendi ratio est illarum quoque compositionum, in quibus genitivi attributivi coniunguntur cum substantivis, quae significant numerum vel spatium, velut *πλῆθος, μέγεθος, μικρότης* a. Lyc. 66 *τὸ μέγεθος τῶν ἁμαρτημάτων*. Cuiusmodi locutiones plurimae deprehenduntur apud oratores, quas omnes enumerare longum est; cf. Isocr. 13, 9 15, 172 306 320 17, 43 46 Aeschin. 1, 127 2, 1 3, 197 etc. Syll. Dittenb. nr. nr. 276_{10} 376_{20} a. Sed quod legimus ap. Andoc. 1, 135 *τὸ πλῆθος τὸ Ἀθηναίων*, monere te velim substantivum *πλῆθος* eo loco non significare numerum ipsum („Menge, grosse Anzahl") sed vice fungi locutionis brevioris *οἱ Ἀθηναῖοι*, pariter atque ap. Aeschin. 2, 105 *ἐν τῷ πλήθει τῷ Θηβαίων* legitur pro *ἐν τοῖς Θηβαίοις*. (Cf. Isocr. 12, 137 a.)

Saepissime omittitur articulus prioris substantivi etiam ante genitivos obiectivos subsequentes. Multae occurrunt eius generis dictiones, quae nusquam iterationem articuli post substantivum, ex quo pendet genitivus, prae se ferunt. Pertinent huc ex Leocratea §§ 39 47 *αἱ ἐλπίδες τῆς σωτηρίας*, 46 *τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως* (cf. Aesch. 2, 74 3, 208 227 Demosth. 20, 18 Isae. 5, 37 Syll. Dittenb. 187_{30} 229_{16} $_{27}$ 232_{17}).

Hunc usum adhibendi articuli permultis scriptorum locis cognoscas, imprimis apud Antiphontem; cf. 1, 10 18 2 *α* 7 3 *β* 5 3 *γ* 10 5, 35 m. a. Sed cum ne in his quidem dictionibus sibi constent oratores, permultas lectiones non recte diiudicare poteris, nisi diligenter singulas persequeris locutiones apud oratores. Accedit, quod saepe concinnitas aliaeque res orationis politioris respiciendae sunt.

Praeter articulos etiam praepositiones in libris manuscriptis Leocrateae non raro corrupte traduntur.

§ 47 Perperam conservant Thalheim, Cima, Nosenzo, Rehdantz praepositionem *ἐπί* § 47 *οὐκ ἐπὶ τοῖς τείχεσι τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχοντες*. Recte Esium commutasse existimo praepositionem *ἐπί* in *ἐν*. Nusquam enim neque apud oratores Atticos neque apud ceteros scriptores (solutae orationis) illius aetatis scriptum legimus *τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἐπί*, sed ubique *τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἐν*. (Duo illi poetarum loci a Rehdantzio laudati Eurip. Or. 1058 et Philem. com. 4, 16 M adhiberi non possunt, quia illic praepositio *ἐπί* metri causa usurpatur.) Posteriores demum, velut Polybius, dicunt *ἐλπίζειν ἐπί, τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἐπί*. Accedit, quod frequentissime reperitur in codicibus confusio scripturae

§ 39 praepositionum *ἐν* et *ἐπί*. Pertinet huc ex Leocratea § 39, ubi in codicibus legimus *ὀρθὴ ἐν τοῖς συμβεβηκόσιν* pro *ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν*. Verba affectus in eiusmodi dictionibus postulare praepositionem *ἐπί* cum dativo H. Mayer (observ. pag. 65) bene monet; cf. Lyc. §§ 25 27 41 78 138 139.

Simillimo loco iam ab aliis allato Isocr. 5, 70 (*αἰσθάνῃ δὲ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ὀρθὴν οὖσαν ἐφ' οἷς σὺ τυγχάνεις*) addo Hyp. frg. 39 *ὀρθῆς δὲ τῆς πόλεως οὔσης ἐ π ὶ τούτοις*.

Multas eius generis confusiones inter praepositiones *ἐν* et *ἐπί* contulit Cobet, N. L. p. 425 et p. 459. V. L. p. 45 et p. 281 sq. Coll. crit. p. 119. — De usu praepositionis *ἐπί* c. dat. in verbis affectus apud oratores Atticos copiose disputat permulta exempla afferens Leonardus Lutz in programmate gymnasii Neustadensis (Progr. d. Studienanstalt Neustadt a. d. H. 1886/87 et 1887/88 „Die Praepositionen bei den att. Rednern") pag. 106.

§ 27 Similis confusio inter praepositiones *ἐπί* et *ἐν* animadvertitur in § 27, ubi codex N scribit *τοῦτον ἔχοντες ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ*, cod. A *ἐν τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ*. Etsi neutra harum locutionum redit ullo alio oratorum loco, quare Herwerden proponit *ὑπὸ τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ* secundum Lyc. 2 (cf. Aeschin. 3, 19), tamen teneas velim codicis N lectionem, quia similiter adhiberi videmus praepositionem *ἐπί* cum dativo compluribus locis: Demosth. 22, 11 *ἐπὶ τῇ τῶν λεγόντων δυνάμει τὸ πρᾶγμα καταστῆσαι*, vel Hyp. 1 col. V, 26

(ed. Bl. 1894) *τὸ κολάσαι τοὺς ἀδικοῦντας οὐκ ἐφ' αὐτοῖς ἐποίησαν, ἀλλ' ὑμῖν ἀπέδοσαν.* Isocr. 19,35 *τὴν δ'ἀδελφὴν ἐπὶ τῇ τύχῃ κατέλιπε.* Sed quod codex A praebet *ἐν*, non est ipsa per se vitiosa huius modi elocutio; cf. Lutzii praepp. ap. or. pag. 115 sq.; sed lectionem codicis N praetulerim, quia *ἐπί* cum dativo ad vim praepositionis *ὑπό* c. dativo in tali coniunctione propius accedere mihi videtur quam praepositio *ἐν*.

Aliam praepositionum confusionem deprehendas in § 137, ubi codices tradunt *ἐπιγράψαι πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν* pro *ἐπιγ. εἰς τὴν εἰσαγγελίαν*. Verbum *ἐπιγράφειν* significans inscribere in libellum („in die Anklageschrift") coniunctas sibi habet praepositiones *ἐπί* c. dat. vel c. acc., rarius dativum sine praepositione, saepius, ut hoc loco, praepositionem *εἰς*. Sed nusquam legas *πρός*, quae praepositio efficit sensum addendi („noch hinzuschreiben"). Andoc. 1,77 *περὶ δὲ τῶν ἐπιγεγραμμένων εἰς τοὺς πράκτορας* (eingetragen in die Listen der *πράκτορες*). Paulo supra Lycurgus ipse dicit *ἐνέγραψα τοῦτο εἰς τὴν εἰσαγγελίαν*. Alias locutiones similes praepositionis *εἰς* contulit Lutz (pag. 6 nr 2). Cuius generis confusiones adnotat Cobet in N. L. pag. 347 sq. et p. 309. cf. Lyc. 124 *εἰς τὴν πόλιν*, ubi A pr. m. *πρός τὴν πόλιν*. § 137

Sed etiam in contrariam partem confundi praepositiones *εἰς* et *πρός* sic, ut vitiose scribatur *εἰς* pro *πρός*, § 70 docet, ubi A pr. m., ut Blass vidit, scripserat *εἰς τοὺς βαρβάρους ναυμαχεῖν* pro *πρὸς τοὺς βαρβάρους ν.*, quam lectionem recte restituit manus altera (corr. ²). Qua de confusione disputat Cobet in N. L. pag. 151, V. L. p. 43 et p. 272 sq. (cf. Vollgraff, Stud. palaeogr. p. 82 sq.)

Quae confusiones inter praepositiones *εἰς* et *πρός* traducunt nos ad § 24, ubi editiones plurimae praebent *πρεσβεύσας πρὸς βασιλέα* secundum codicem A. Sed cum cod. N. habeat *πρεσβ. εἰς βασιλέα*, Blass conicit Lycurgum scripsisse *πρεσβεύσας ὡς βασιλέα*.

Saepissime oratores Atticos et inter ceteros scriptores imprimis Thucydidem *ὡς βασιλέα* coniungere cum verbis appropinquandi et nuntiandi constat inter omnes. Thucyd. 1,137 *ἀποστέλλει βουλόμενον ὡς βασιλέα πορευθῆναι*, 2,15 *ξυνῆσαν ὡς τὸν βασιλέα*, 2,67 *πορευόμενοι εἰς τὴν Ἀσίαν ὡς βασιλέα*, 2,67₂ *διαβάντες ὡς βασιλέα*, 2,67 *ὡς βασιλέα ἀναπέμψειν*, 6,59 *ἐκεῖθεν (ἐχώρει) ὡς βασιλέα Δαρεῖον.* Demosth. 4,48 *πρέσβεις πέπομφεν ὡς βασιλέα*, 9,71 *ἐκπέμπομεν πρέσβεις ὡς βασιλέα.* Ps. Dem. 49,25 *ἀποδημεῖν ὡς βασιλέα*, 49,30 *ἀνήγετε ὡς βασιλέα* sim.

49, 60 64. Isocr. 8, 68 *πόσας δὲ πρεσβείας ὡς βασιλέα τὸν μέγαν ἀπεστείλαμεν.* C. I. A. II 86 *πορευθήσονται οἱ πρέσβεις ὡς βασιλέα.* — Codicis A lectio *πρὸς βασιλέα* locos habet similes in Demosth. 14, 38 *ἀπαγγέλλεσθαι πρὸς βασιλέα,* ap. Aesch. 2, 149; Isocr. 12, 162. Inscriptiones Atticae ab exeunte quarto a. Chr. n. saeculo omnes ad unam praebent *πρὸς τὸν βασιλέα.*

Sed scripturam principis codicis (N) *εἰς βασιλέα* retineri vult Cohn (Hermes XXII p. 64). At eas quas affert lectiones ad defendendam praepositionem *εἰς* non valere Blass docet in comm. crit. ed. Lyc. p. XII. (Cf. de eadem re Rehd. ind. Dem. II. p. 64. *εἰς.* Lutz, praepp. ap. or. Att. praep. *εἰς* nr. 5 p. 9 et nr. 3 p. 6. Poppo-Stahl, ed. Thucyd. adnot. ad 1, 9.) Quod Cohn praeter eas lectiones etiam illam Thycydideam 1, 137 *ἐσπέμπει γράμματα ἐς βασιλέα Ἀρταξέρξην* commemorat, discedunt quidem inter se codices: cod. Reg. habet *ὡς βασιλέα,* id quod, ut supra ostendimus multis locis collatis, maxime convenire ad usum dicendi Thucydideum videtur; Laurentianus, qui codex secundum tenet locum inter codices Thucydideos, et codd. Mon., Ar., Chr., Dan. tradunt *π ρ ό ς,* quae praepositio rectissime in dubium vocatur, quia nusquam dicit Thucydides *πέμπειν π ρ ὸ ς βασιλέα·* sed *ἐς βασιλέα* legitur in principe codicum Thucydideorum, Vaticano, quem editiones Boehmii et Classenii sequuntur. Quamquam Poppo-Stahl editores reiecta hac scriptura scribendum censent *ὡς βασιλέα.* Alterum locum attulit Cohn ex Isaeo 7, 14 *ἐλθὼν εἰς τὴν ἐμὴν μητέρα,* ubi contra omnium codicum lectionem editores *εἰς* in *ὡς* mutaverunt. Valde dubitans, num recte damnetur *εἰς* ap. Thucyd., Isae. Lyc., e q u i d e m t e n e a t u r v e l i m c o d i c u m t e x t u s, quia in inscriptione Attica illius aetatis (ca 310 a. Chr. n.) simillime adhibita praepositio *εἰς* invenitur:

Syll. Dittenb. nr. 169_{24} *ἀ π ο σ τ ε λ λ ό ν τ ω ν τῶν συνέδρων π ρ έ σ β ε ι ς ε ἰ ς τ ὸ ν β α σ ι λ έ α,* ubi non licet vertere ‚in aedes regis', sed „mittunt ad regem", id quod Germanice dicimus „schicken an."

Assentior igitur Cohnio, qui codicis N auctoritatem secutus Lyc. § 24 *πρεσβεύσας εἰς βασιλέα* defendit.

§ 82 § 82 Blass omitti vult praepositionem *ἐν* locutionis *ἐνέμειναν ἐν τούτῳ* (scil. *ὅρκῳ*) *πάντες,* quam praepositionem etiam Herwerden deleverat. Hunc optime refellit Rehdantz in app. crit. II p. 149. Illis a Rehdantzio collatis exemplis addi possunt multa alia, ex quibus hi adnotentur loci: Isocr. 8, 109 *τοὺς ἐν τούτοις*

ἐμμένοντας. Ps. Dem. 17, 14 *ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις ἐμμένειν*, 17, 12 *ἐν μὲν τοῖς παραβεβασμένοις ὅρκοις ἐμμένειν* (sed 17, 1 et 5 *τοῖς ὅρκοις ἐμμένειν*). Aristot. Rhet. I c. 8 *οἱ ἐμμεμενηκότες ἐν τοῖς νομίμοις* (at Isocr. 6, 1 *ἐμμεμενηκὼς τοῖς νομίμοις*).

Ex inscriptionibus Graecis has lectiones attulerim: Syll. Dittenb. nr. 229_9 *ἐμμενεῖν ἐν τᾶι στάλαι καὶ τᾶι ὁμολογίαι καὶ τῶι ψηφίσματι*, nr. 300_8 *οἵτινες ἐν τῇ φιλίᾳ ἐνέμειναν*, nr. 426_{60} *ἐμμείνωντι ἐν τοῖς γεγραμμένοις*, nr. 592_{31} *ἦ μὴν ἐμμενεῖν ἐν οἷς ἐψήφισται.* Ex his Rehdantziique locis apparet non raram esse illius generis dictionem. Sed quod Blass propter numeros vocabulorum reposcit elisionem praepositionis *ἐν*, quia respondeant *σφόδρ' ἐνέμειναν τούτῳ πάντες* et *γενομένων πρὸς τὸν κίνδυνον*, haud verisimile mihi videtur Lycurgum tali ratione singulorum vocabulorum metri concinnitatem appetivisse atque tamquam exsculpsisse.

Non probo elisionem praepositionis *ἐν* § 104 *ἐν Μαραθῶνι* § 104
(*οἱ γοῦν ἐν Μαραθῶνι παραταξάμενοι*). Quantopere erraverit in ea re Cobet (N. L. p. 95 sq.), optime cognoscas, si diligenter perquiras inscriptiones Atticas. (cf. Meisterh. p. 208 nr 23.)

Ut recte iudices de illis locativis *Σαλαμῖνι, Μαραθῶνι*, equidem has rationes deliberandas proposuerim:

Ipse per se uterque loquendi usus, ex quo recte aut ponas aut omittas praepositionem *ἐν*, adhibetur in his nominibus. Ac tamen proprietas quaedam praepositionis *ἐν* ponendae utrique horum nominum inest eo modo, ut frequentius legas *Μαραθῶνι* (omissa praepositione) idque ubique apud Isocratem, rarius, sed non admodum raro *ἐν Μαραθῶνι* (anteposita praepositione); contra frequentissime invenias *ἐν Σαλαμῖνι*, perraro *Σαλαμῖνι* (sine praepositione) idque paucis locis iis apud Platonem Demosthenemque, ubi concinnitas reposcit; sed in Plat. Menex. XI ipsa concinnitas neglegitur (ut ap. Isocr. in or. 5, 147). Has rationes firmari intellegas, si lectiones, quas infra contuli, comparaveris. Perverse vero iudicant illi, qui ex adhibito *Μαραθῶνι* omissa praepositione apud oratorem aliquem vel scriptorem colligere volunt eundem scriptorem dixisse pari ratione *Σαλαμῖνι*, id quod non minus vitiosum est, quam si qui volunt interpretes conicere ex eo, quod Lycurgus ait *ἐν Σαλαμῖνι*, scribendum esse etiam *ἐν Μαραθῶνι.* Hac in re unam respiciendam esse existimo optimorum codicum auctoritatem. Quam auctori-

tatem iniuria in dubium revocari atque neglegi ex eo apparet, quod etiam inscriptionibus, certissimis documentis, optime confirmari videas consuetudinem adhibendae praepositionis *ἐν* ante vocabulum *Σαλαμῖνι*. Idem enim dicendi usus *ἐν Σαλαμῖνι*, quem ex optimorum codicum testimonio scriptores aetatis illius sequi supra diximus, ex inscriptionibus Atticis quoque quarti a. Chr. n. saeculi cognoscitur. Nulla inscriptio eius saeculi aliam praebet locutionem nisi *ἐν Σαλαμῖνι* (cf. Meisterh. p. 208 nr. 23). Item in illo loci nomine *Ἐλευσῖνι* congruunt codices et inscriptiones. Nam ut libri manuscripti testantur omitti a scriptoribus plerumque praepositionem *ἐν* ante *Ἐλευσῖνι*, Demosth. 21, 157 55, 28 59, 116 Lys. 6, 4 Isae. 11, 41 42 Andoc. 1, 111 Aristot. Pol. Ath. 39, 3 5, sic etiam inscriptiones quarti saeculi usitatiorem esse *Ἐλευσῖνι* omissa praepositione docent. (Cf. Meisterh. p. 208 nr. 23.)

Cur igitur, cum in his rebus probata sit codicum auctoritas, in illo a codicibus tradito *ἐν Μαραθῶνι* offendamur? Ex inscriptionibus ipsis quidem de hoc vocabulo nihil certi conicere licet, quia pauci loci eique posterioris demum aetatis hoc nomen praebent (C. I. A. II 471_{69} *ἐμ Μαραθῶνι* et id. C. I. A. suppl. 4332, saec. II. a. Chr.). Sed eandem fidem, quam iure habemus illis a codicibus traditis locutionibus *ἐν Σαλαμῖνι*, *Ἐλευσῖνι*, attribuas velim huic simillime dicto *ἐν Μαραθῶνι*. Quomodo adhibeatur a scriptoribus, supra dixi. Optime autem probabis ea, quae explicavi de usu dicendi *Σαλαμῖνι*, *Μαραθῶνι*, si comparabis eos quos contuli locos ex scriptoribus.

Apud oratores Atticos haec cognoscimus:

Isocrates ubique dixisse videtur *Μαραθῶνι*. 4, 91 *τῆς Μαραθῶνι μάχης*, 8, 38 *τοῖς Μαραθῶνι τοὺς βαρβάρους νικήσασι*, 15, 306 *ὁ τοὺς βαρβάρους Μαραθῶνι τῇ μάχῃ νικήσας*. Semel invenitur *ἐν Σαλαμῖνι* 5, 147 ubi ipsa neglecta concinnitate ait *ἐκ δὲ τῆς Μαραθῶνι μάχης καὶ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας*.

Demosthenes plerumque quidem dicit *Μαραθῶνι*, *ἐν Σαλαμῖνι*, sed semel, ut testatur codex *Σ*, *ἐν Μαραθῶνι* coniunctim cum *ἐν Σαλαμῖνι*, semel *Σαλαμῖνι* coniunctim cum *Μαραθῶνι*. 13, 21 (= 13, 24 ed. Dind. Ox.) *ἐκεῖνοι Θεμιστοκλέα τὸν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν στρατηγοῦντα καὶ Μιλτιάδην τὸν ἡγούμενον Μαραθῶνι* sim. 23, 196 (23, 235). — 13, 22 (13, 25) *τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Θεμιστοκλέους οὐδὲ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην Μιλτιάδου* sim. 23, 198 (23, 237), 14, 30 *οἱ Μαραθῶνι τῶν προγόνων*, 18, 208 (18, 263)

μὰ τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, 19,312 (358) *οἱ Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι παρέσχοντο.* Ps. Dem. 59,95 (59,125) *ἐπί τε Ἀρτεμισίῳ καὶ ἐν Σαλαμῖνι*, 59,97 (59,127) *τὴν Πλαταιᾶσι μάχην καὶ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν ναυμαχήσαντες.*

Aeschines usurpare solet illud quod etiam apud Lycurgum invenimus *ἐν Μαραθῶνι*, idem orator plurimis locis praebet *ἐν Σαλαμῖνι* (et *περὶ Σαλαμῖνα*): 2,74 *τῆς ἐν Σαλαμῖνι πρὸς τὸν Πέρσην ναυμαχίας*, 2,172 *μετὰ τὴν ἐν Σαλαμῖνι μάχην πρὸς τὸν Πέρσην*, 2,75 *καὶ τοὺς ἀγῶνας τοὺς περὶ Σαλαμῖνα καὶ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην καὶ τὴν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίαν*, 3,181 *Μιλτιάδης δὲ ὁ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην τοὺς βαρβάρους νικήσας*, 3,186 *ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται*, 3,259 *καὶ τοὺς ἐν Μαραθῶνι τελευτήσαντας καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς*. Uno loco legimus (cf. rec. ed. Bl.) *Σαλαμῖνι*, ubi codices variant: 3,181 *ὅτε τῇ (ἐν?) Σαλαμῖνι ναυμαχίᾳ τὸν Πέρσην ἐνικᾶτε.*

Apud Ps. Lysiam 2,35 legitur *τῶν ἄθλων τῶν ἐν Σαλαμῖνι.* In Lycurgi Leocratea ubique scribitur *ἐν Σαλαμῖνι* (§§ 70 73 112). (*Μαραθῶνι* illud in versu § 109 adhibere ad defendendam omissionem praepositionis *ἐν* non licet.)

Haud inutile videatur praeter oratorum etiam ceterorum illius aetatis scriptorum locos perquirere. Quam rationem ineat Plato in ea re, non prius diiudicare licebit, quam exploratum habemus, utrum ille ipse scripserit librum qui inscribitur Menexenus necne. Si hunc quoque librum tribuimus Platoni,[1]) constare mihi videtur plurimis quidem locis eum dicere *Μαραθῶνι*, sed duobus locis *ἐν Μαραθῶνι*. Idem plerumsque usurpat *ἐν Σαλαμῖνι*, saepius etiam *περὶ Σαλαμῖνα*, uno loco (Menex. XVI) *Σαλαμῖνι* concinnitatis causa (coniunctim cum *Μαραθῶνι*). Menex. X. *οἱ Μαραθῶνι δεξάμενοι*, ibid. *μαθηταὶ τῶν Μαραθῶνι γενόμενοι.* XI. *ὅτι τὸ ἑξῆς ἔργον τοῖς Μαραθῶνι διεπράξαντο*, ibid. *οἱ μὲν γὰρ Μαραθῶνι τοσοῦτον μόνον ἐπέδειξαν τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι ὑπ' ἀμφοτέρων δὴ ξυμβαίνει τῶν τε Μαραθῶνι μαχεσαμένων καὶ τῶν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων.* XVI. *αἰσχυνομένη τὰ τρόπαια τά τε Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι καὶ Πλαταιαῖς.* Legg. III. 698 E *τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης*, 699 A *διὰ τὸ Μαραθῶνι γενόμενον.* IV. 707 C

---

[1]) cf. Wendland, Die Tendenz des Platonischen Menexenus, Hermes 25, p. 171 sq.

τὴν πεζὴν μάχην τὴν ἐν Μαραθῶνι γενομένην καὶ ἐν Πλαταιαῖς. Legg. III. 698 C *πρὸ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας* (IV. 707 B *τήν γε περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν*), 707 C *τῇ περὶ Σαλαμῖνα* (scil. *μάχῃ*). Menex. XI. *τοῖς περὶ Σαλαμῖνα καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχήσασι.* Sin autem cum Christio[1]) illum librum a Platone conscriptum esse negamus, unus locus relinquitur *Μαραθῶνι,* nullus *Σαλαμῖνι.*

(Thucydides eandem varietatem ostendit. Usurpat enim bis *ἐν Μαραθῶνι* 1, 18 et 2, 34, semel *Μαραθῶνι* 1, 73. Semel invenitur apud eundem scriptorem *ἐν Σαλαμῖνι* 1, 73.

Apud Herodotum legimus ubique *ἐν Μαραθῶνι* 6, 111 113 116 117 132 136 7, 1 9, 46 27 et *ἐν Σαλαμῖνι* 7, 166 8, 11 44 49 56 70 86).

[1]) cf. Christ, gr. Lit.-Gesch.³ p. 451.

Differunt codices et editiones in paragraphi primae lectione § 1
καὶ κρίνω τὸν προδόντ' αὐτῶν καὶ τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἕδη καὶ τὰ τεμένη καὶ τὰς ἐν τοῖς νόμοις [*τιμὰς καὶ* add. N., om. A et cet.] *θυσίας τὰς ὑπὸ τῶν ὑμετέρων προγόνων παραδεδομένας.*

Thalheim et Blass codicis N, ceteri editores cod. A scripturam secuti sunt. Illi recte.

Lycurgus enim, cum Leocratis proditionem quam potest maxime exaggerare studeat, deorum proditionem in duas partes dividit, eam, quam commisit Leocrates in deorum sedes vel sacra (*τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἕδη καὶ τὰ τεμένη*) et illam adversus officia deis praestanda (*τὰς τιμὰς καὶ θυσίας*). Quodsi loca sacra tribus exprimit vocabulis (*νεώς, ἕδη, τεμένη*), nonne verisimile videtur eum alteram quoque rem pluribus verbis proferre? Quo fit, ut quinque vocabulorum numerus restituatur, pariter ac paulo infra *ὑμᾶς δ' ὡς ὑπὲρ πατέρων καὶ παίδων καὶ γυναικῶν καὶ πατρίδος καὶ ἱερῶν.*

Eo demum supplemento *τιμὰς καί* illud quod dicere vult Lycurgus plene ac distincte exprimitur, quia officia deorum non solum sacrificiis faciundis (*θυσίας*) sed etiam precibus, pompis aliisque eius generis honoribus continentur, quae omnia optime dicuntur vocabulo *τιμαί.*

Magnopere autem mihi etiam dicendi usus cum oratorum tum ceterorum scriptorum Graecorum suadet, ut editoribus interponentibus illud *τιμαὶ καί* assentiar. Libenter enim solent scriptores voci *θυσίαι* addere alterum vel tertium similis sensus vocabulum velut *πομπαί, εὐχαί, ἀπαρχαί* idque genus alia, ut exprimantur distincte illa officia deorum, quae Germani comprehendere solemus uno vocabulo „Gottesdienst" vel „Kult".

Quem dicendi usum cognoscas ex his scriptorum locis: Demosth. 18, 216 *θυσίαι καὶ πομπαί,* 18, 86 *θυσίας καὶ προσόδους,* 19, 86 *θυσιῶν καὶ ἐπαίνων,* (19, 128 *σπονδῶν καὶ εὐχῶν*), cf. etiam 19, 190 *θύουσι καὶ συνδειπνοῦσι κοινῇ καὶ σπένδουσι.* 19, 280 *ἐπὶ ταῖς θυσίαις καὶ ᾄδετε καὶ τιμᾶτε τοῖς ἥρωσι καὶ τοῖς θεοῖς.* (Ps. Demosth. 60, 36 *θυσιῶν καὶ ἀγώνων.*) Idem

studium coniungendorum synonymorum apparet ex Isocratis orationibus: 5, 117 *τοὺς δ'* (scil. *θεοὺς*) *οὔτ' ἐν ταῖς εὐχαῖς οὔτ' ἐν ταῖς θυσίαις τιμωμένους*. 4, 43 *εὐχὰς καὶ θυσίας κοινὰς ποιησαμένους*. 6, 96 *ἀπαρχὰς καὶ θυσίας*. 10, 66 *ἀναθήμασι καὶ θυσίαις καὶ ταῖς ἄλλαις προσόδοις ἱλάσκεσθαι*. Cf. etiam 5, 32 et 16, 34. Antiph. 6, 4.

Maxime Platonem videas excolere hunc usum dicendi, cuius scriptoris libri permulta praebent exempla: Legg. VII 809 D *θυσίαι καὶ ἑορταί*, VII 804 A et VI 772 B *θυσιῶν τε καὶ χορειῶν*, X 885 B *θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς*. Legg. IX 871 C *διά τινων ἐπευχῶν καὶ θυσιῶν*. Pol. II 364 B *θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς*, V 461 A *οὐχ ὑπὸ θυσιῶν οὐδ' ὑπὸ εὐχῶν*. (Jon 535 D *ἐν θυσίαις καὶ ἑορταῖς*.) Menex. 244 A *εὐχαῖς καὶ θυσίαις*. Symp. 202 E *τὰς δεήσεις καὶ θυσίας* a.

Nec solum ex scriptoribus, sed etiam ex inscriptionibus Graecis apparet ille usus. Imprimis afferatur inscriptio alterius a. Chr. n. saeculi Magnesiae inventa, ubi simillima illi Lycurgeae locutio invenitur: Syll. Dittenb. 552 *πάτριον δ' ἐστὶν τῷ δήμῳ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβῶς διακειμένῳ πᾶσιν μὲν τοῖς θεοῖς ἀείποτε* *τὰς καταξίας θυσίας τε καὶ τὰς τιμὰς ἀπονέμειν*. (Proponuntur in ea inscriptione officia deis a civibus praestanda.)

Alia similia ex inscriptionibus haec adnotaverim: Syll. Dittenb. nr. 221_5 *θεοὺς τιμᾷ θυσίαις καὶ ἀναθήμασι*, nr. 552_7 *σπονδὰς καὶ θυσίας*, nr. 553_8 *ὑπὲρ κατευχῆς καὶ πομπῆς καὶ θυσίας*, nr. 652_{29} *θυσιῶν καὶ σπονδῶν* a.

Lycurgum antecessit Aeschylus in Eum. v. 1036 *τιμαῖς καὶ θυσίαις*.

Herwerden glossema esse *ἐν τοῖς νόμοις* suspicatur, quae vocabula a librario aliquo vel grammatico illis verbis *τὰς ὑπὸ τῶν ὑμετέρων προγόνων παραδεδομένας* addita sint. Sed nescio, cur offendatur in eo, quod sacrificia dicuntur a maioribus tradita eademque legibus constituta. His enim ipse Lycurgus simillima profert § 25 *ἀλλὰ καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα, ἃ τοῖς ὑμετέροις νομίμοις καὶ πατρίοις ἔθεσιν οἱ πρόγονοι παρέδοσαν αὐτῷ ἱδρυσάμενοι*.

Aliam lectionem, ubi eodem modo duo apponuntur additamenta, invenimus in Delphica inscriptione, Syll. Dittenb. nr. 426_{21} *τὸν θυσέοντα τὰς θυσίας τὰς πατρίους Μεδεωνίοις, ὅσαι ἐντὶ ἐν τῷ πολιτικῷ νόμῳ*. (Cf. Rosenbergii progr. gymn. Ratib. 1875/76 p. 4.)

Iure suspiciones movet plurimas § 19 non accurate aut recte tradita a librariis, id quod ex multis levioribus gravioribusque vitiis, quae insunt codicibus, cognoscitur. § 19

Varias emendationes, quae collatae sunt in hunc locum, Blass in editionis suae textum inseruit. Sed illud appositum *εἰς Ῥόδον* mea quidem sententia non est causa, cur contra codicum auctoritatem eo quem in libris tenet loco removeatur; nam Lycurgus sine dubio iudices iubet respicere testimonium eorum, qui in insula Rhodo aderant tum, cum Leocrates eodem profectus falsos rumores attulit.

Suo autem iure Blass in collocatione verbi *ἴσασι* (v. 14.) sequi mihi videtur editionem Aldinam recte offerentem *ὃν καὶ ὑμῶν ἴσασιν οἱ πολλοὶ κατηγοροῦντα.* Sed Thalheim et Cima vitiosum verborum ordinem correctoris recentis in cod. N *ὃν καὶ ὑμῶν οἱ πολλοὶ κατηγοροῦντα (τούτου) ἴσασιν ἐν τῷ δήμῳ* male receperunt. Nam si apud oratores Atticos persequimur locationem verborum regentium, ex quibus pendet participium, hoc plerumque postponi videmus verbo illi, ex quo pendet. Raro verbum regens in fine enuntiati collocari animadvertas. Quare saepissime legas *ὁρῶ σε εὐτυχοῦντα,* sed rarius *εὐτυχοῦντά σε ὁρῶ.* Quae collocandi ratio etsi ab oratoribus non in omnibus enuntiatis absolutis diligenter tenetur, tamen in enuntiatis relativis eius generis, quo genere est locus Lycurgeus, ubi pronomen relativum pendet simul cum participio e verbo sentiendi, oratores constare sibi cognoscimus eo modo, ut verbum illud nunquam sequatur post participium vel in fine collocetur enuntiati relativi, sed, id quod saepissime fit, pronomini ipsi applicetur.

Isocr. 12, 127 *ὃν οὐ προῄδειν ἐσόμενον,* 12, 154 *ἥνπερ ᾔδει καὶ τὴν βουλὴν ἔχουσαν τὴν παρ' ἡμῖν.* Demosth. 15, 33 *οὓς ἴστε σαφῶς ... ᾑρημένους,* 32, 12 *ὃν ἴσασι ψευδόμενον ταῦτα καθ' ἡμῶν,* 51, 21 *οὓς ἴστ' ἐπὶ μισθῷ τοῦτο πράττοντας.* Aeschin. 3, 99 *ἃ εὖ οἶδεν οὐδέποτ' ἐσόμενα,* sim. 2, 20. Din. 1, 20 *ὃν ᾔδεσαν ἔχοντα τὸ βασιλικὸν χρυσίον.*

Aut subiecto apponitur verbum illud regens. Isocr. 14, 30 *οὓς πάντες ἴσμεν δεδουλευκότας,* 17, 3 *ὃν οἱ πλέοντες εἰς τὸν Πόντον ἅπαντες ἴσασιν οὕτως οἰκείως πρὸς Σάτυρον διακείμενον,* 7, 59 *ἣν πάντες ἴστε καὶ πατρίαν ἡμῖν οὖσαν,* ep. 9, 3 *ἣν πάντες ἴσασι μόνοις ὑμῖν ὁμολογουμένως ὑπάρχουσαν.* Demosth. 18, 130 *ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην.*

Aut adiungitur vocabulo ei, quod maiore vi efferre vult scriptor sic, ut dirimantur vocabula constructione ac sensu inter se cohaerentia, velut Aeschin. 1, 73 *ἃ αὐτοὶ ἔργῳ ἴσμεν γιγνόμενα.* Hanc collocandi rationem etiam Leocrateo loco observatam esse recte suspiceris.

§ 29 § 29. *ὁ γὰρ τὸν* (cod. N *τῶν*) *πάντων* (A N) *συνειδότων ἔλεγχον φυγών.* Quae lectio ipsis in libris manuscriptis multas habens variationes corruptis locis recte adnumeratur. Si diversissimas emendationes, quas hic locus excivit, inter se comparamus, maxime nobis arridet illa, quam affert Herwerden, *τὸν τῶν πάντ' αὐτῷ συνειδότων* (cf. *πάντων* et *πανταυτωι*), quam a nullo acceptam esse editore recentiore valde miror; Rehdantz, Nicolai, Nosenzo in eo discrepant, quod articulum *τῶν* ante *συνειδότων* omittunt, vitiose, ut mihi videtur, quia participium illud necessario poscit articulum. Si articulus alteruter defuerit in codice archetypo, malim cum Cohnio eicias articulum *τόν* ante *ἔλεγχον.* Prope accedere ad codicum formam vocabulorum opinatur Schoemann *τὸν παρὰ τῶν συνειδότων ἔλεγχον,* quam coniecturam recipiunt Cima et Blass, qui demonstrat similitudinem vocabulorum *παρατων* et *παντων.* Respicere nos vult Blass illud Isaei in or. 6, 16 *παρὰ τῶν ὄντων θεραπόντων τὸν ἔλεγχον ποιεῖσθαι.* Praeterea duriorem esse putat dictionem *ὁ τῶν συνειδότων ἔλεγχος* omissa praepositione, quam locutio *ἔλεγχος* postulare ei videtur. Sed apud Antiphontem or. 2. (Tetr. A γ 9) legi *οὐκ ἔστιν ἔτι τῶν διωκομένων ἔλεγχος οὐδείς* omissa praepositione Cohn docet.

Multum aberrans a codicum vocabulis Thalheim scribit *τὸν πάντων σαφέστατον ἔλεγχον φυγών.* Equidem scribas malim *ἀκριβέστατον ἔλεγχον φυγών,* secundum Isae. 8, 12, ubi *βάσανος* nominatur *ἀκριβέστατος ἔλεγχος* vel Demosth. 30, 37, ubi legimus *ὑμεῖς μὲν τοίνυν καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ βάσανον ἀκριβεστάτην πασῶν πίστεων νομίζετε* et 29, 5 *πεφευγότα τοῦτον τοὺς ἀκριβεστάτους ἐλέγχους.* Confer etiam Leocrateam, ubi dicitur § 34 *μηδένα τῶν ἀκριβεστάτων ἐλέγχων φεύγειν.* Sed nimiae esse credo audaciae plane tollere vocabulum *συνειδότων* a librariis codicum A N (B) testatum. Huiusmodi commutatione neglegere codicum auctoritatem quid est aliud nisi everso omni fundamento textus construendi magis ac magis abire ad coniectandi divinandique temeritatem? Immo vero reputans accedere nos oportere quam proxime ad ea, quae velit exprimere orator non minus quam ad

codicum textum, scribendum esse censeo ὁ γὰρ τὸν τῶν πάντα συνειδότων ἔλεγχον φυγών. Ipso hoc articulo dupliciter posito τὸν τῶν declarari credo, unde orta sit illa váriatio codicum A et N (τὸν et τῶν). Πάντα συνειδότων, non πάντ' αὐτῷ συνειδότων, ut Herwerden, Scheibe, praetulerim, quia plerumque in talibus locutionibus dativo caret verbum συνειδέναι. Lycurgus ipse bis adhibet hoc verbum simili modo §§ 29 συνειδῶσι ἃ δεῖ 23 τοὺς συνειδότας. Ex iis quos infra contuli locis conferantur Isaei or. 8, 44 Demosthenis or. 30, 27 36 Isocr. or. 17, 11 21 Antiph. 1, 9.

Hoc πάντα mea quidem sententia in archetypo scriptum abisse mihi videtur in formam πάντων eo, quod librarius perverse coniungens cum articulo antecedente τῶν rectius scribere sibi videbatur πάντων.

Sed priusquam explico rationes, quibus ductus hanc potissimum lectionem restitui volo, non praetermiserim, quin aliam coniecturam afferam. Nam quaerere possis, nonne in archetypo scriptum sit ὁ τὸν πάντων τῶν συνειδότων ἔλεγχον φυγών. Facile enim των post παντων excidere potuit. Ipsam per se hanc lectionem sensu non carere concedo. Sed nihil interest oratoris dicere omnium servorum consciorum testimonia fugisse Leocratem; summi vero momenti ei videtur esse Leocratem eos servos fugisse, qui omnium rerum, quae pertinerent ad litem diiudicandam, (id quod Lycurgus exprimit paulo infra vocabulis ὅταν οἰκέται ἢ θεράπαιναι συνειδῶσιν ἃ δεῖ) conscii essent et propter eam ipsam conscientiam, si qua re excusari potuisset Leocrates, eam rem certissime attulissent. Quam omnium rerum conscientiam servorum ad tormenta tradendorum simillime repetit orator § 32 βασανιζόμενοι πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν περὶ πάντων τῶν ἀδικημάτων ἔμελλον φράσειν οἱ οἰκέται καὶ αἱ θεράπαιναι. ἀλλὰ τούτους Λεωκράτης παραδοῦναι ἔφυγε. Admonet Lycurgus audientes universam de omnibus sceleribus Leocratis veritatem confessuros fuisse servos, si dediti essent tormentis. At qui fieri potest, ut talis confessio ex servis Leocratis extorqueatur, nisi illi summam habent omnium rerum ad litem pertinentium conscientiam? Sed quos nominat πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν περὶ πάντων τῶν ἀδικημάτων μέλλοντες φράσειν, ii sunt οἱ πάντα συνειδότες. Cohaerent igitur inter se paragraphi 29 et 32, quarum in utraque orator crimini magno dat Leocrati illam testimonii servorum fugam propterea, quod servi optime conscii fuerint

omnium rerum ad litem pertinentium. Maxime igitur huc quadrat illud *τὸν τῶν πάντα συνειδότων ἔλεγχον*, quod restitui volo.

Non pauci inveniuntur loci in orationibus Atticis, ubi oratores disserentes de servis testimonii causa ad tormenta tradendis modo *συνειδέναι* modo *πάντα συνειδέναι* (saepius etiam *πάντα φράζειν* ut § 32) gravitate quadam proferunt.

Maximam habent hi Isaei loci similitudinem: Isae. 8, 9 *ἀνάγκη . . . . . . πάντα ταῦτα εἰδέναι τοὺς οἰκέτας καὶ τὰς θεραπαίνας, ἃς ἐκεῖνος ἐκέκτητο* et 8, 10 *τούτους ἠξίουν ἐκδοῦναι τὰς θεραπαίνας καὶ τοὺς οἰκέτας περί τε τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα τυγχάνουσι συνειδότες. οὗτος δ' ὁ νῦν ὑμᾶς ἀξιώσων τοῖς αὑτοῦ μάρτυσι πιστεύειν ἔφυγε τὴν βάσανον.*

8, 17 *καὶ ταῦθ' ὅτι ἀληθῆ πάντ' ἐστίν, ἀκριβέστατα μὲν οἱ τοῦ πάππου θεράποντες ἴσασιν, οὓς οὗτος παραδοῦναι εἰς βάσανον οὐκ ἠθέλησεν.*

8, 29 *τῶν δὲ ἔτι ζώντων τοὺς εἰδότας ἕκαστα τούτων, οἳ συνῄδεσαν παρ' ἐκείνῳ τρεφομένην* etc. *ἔτι δὲ περὶ πάντων τούτους βάσανον ἐξ οἰκετῶν πεφευγότας, οἳ ταῦτα πάντα ᾔδεσαν, ...*

Ex Demosthenis orationibus hos attulerim locos: 30, 27 *καὶ παρεδίδουν οἰκέτην εἰς βάσανον, ὃς συνῄδει πάντ' ἀκριβῶς* et 30, 36 *οὔτ' εἰς βάσανον ἐκδιδοὺς τὰς συνειδυίας περὶ τοῦ . . . . .*

Isocrates, ubi loquitur de puero, qui tradendus erat ad tormenta, has praebet locutiones: 17, 11 *ὃς συνῄδει περὶ τῶν χρημάτων*, 17, 21 *περὶ πάντων τἀληθῆ κατερεῖ*, 17, 53 *ἐκεῖν' ἡγοῦμαι μέγιστον εἶναι τεκμήριον, ὡς ἀποστερεῖ με Πασίων τῶν χρημάτων, ὅτι τὸν παῖδ' οὐκ ἠθέλησε βασανίζειν ἐκδοῦναι τὸν συνειδότα περὶ τῆς παρακαταθήκης.* Addatur locus Antiphonteus orationis 1, 9 *τοῦτο μὲν γὰρ ἠθέλησα μὲν τὰ τούτων ἀνδράποδα βασανίζειν, ἃ συνῄδει. . . .*

Iniuria ergo interpretes offenduntur verbis *πάντα συνειδέναι*. Ad coniecturam *τῶν πάντα συνειδότων* adductus sum et verborum sententia huius loci et multis locutionibus ceterorum oratorum, quae magna inter se similitudine consentiunt.

§ 40 § 40. Codd. *πρεσβυτέρους — διαφθειρομένους.* Quod multi coniectant *περιφθειρομένους* non a Lycurgo ipso scriptum, sed ex Suida illatum esse in textum (cf. Lexic. Steph. sub „*περιφθείρομαι*“, et Cima, boll. di fil. class. anno II, 1895, nr. 5, qui nominat *περιφθειρομένους* „una restaurazione moderna“), equidem haec deliberanda proposuerim:

Haud facile invenias verbum compositum, quod melius in hunc locum quadret quam ipsum hoc *περιφθειρομένους* spectans

ad senes illos misere circumvagantes. Ante oculos habere mihi videor illos, qui cum prae senectute atque infirmitate ad bellum proficisci non iam possent, in urbis vicis circumvagabantur, trepidi, miseri, genibus trementibus, non domi remanentes, ut virgines ac feminae, quae more ac pudore in publicum prodire vetabantur. Posci autem vocabulum, quod significet circumire vel circumvagari optime colligas ex apposito illo *διπλᾶ τὰ ἱμάτια ἐμπεπορπημένους*. Nam hoc quid indicat aliud quam senes circumisse vel circumvagatos esse; continebatur autem fibulis pallium duplex, ne defluens ad pedes impedimento esset circumeuntibus? Confer sodes Suidae explicationem sub vocabulo *πεπορπημένος* (*ὡς μὴ ἀφίστασθαι τῶν ὤμων*). Eandem fere rem Herodotus narrat 7, 77 *Μιλύαι δὲ αἰχμάς τε βραχέας εἶχον καὶ εἵματα ἐνεπεπορπέατο*. (Cf. Rehd. Lyc. adnot. ad § 40.) Nec minus illo altero apposito *καθ' ὅλην τὴν πόλιν* traducimur ad verbum circumeundi.

Sed non intellegitur, quid sibi velit lectio codicum *διαφθειρομένους*, quod verbum significat perire, mori.

Iam quaestio est, utrum anteponendum sit verbum compositum *περιφθειρομένους* an simplex *φθειρομένους*. Multos quidem locos, ubi verbum simplex *φθείρεσθαι* significat ire, abire (cum pernicie euntis) congestos vides in app. crit. (I) ed. Lyc. Rehd. p. 107 sq; sed in nullo eorum significationem circumvagandi (circumeundi), quam locus Lycurgeus poscit, invenias. At Hesychius vocabulum *φθείρεσθαι* idem quod verbum *πλανᾶσθαι* significare prodit. Sed valde miror, quod idem tradens verbum quoque compositum *περιφθείρεσθαι* non commemorat significationem circumvagandi. Ceterum haud alienum videatur componere cum hoc Lyc. loco duos illos, quos invenis apud Dionysium Halicarnasseum VI, c. 51 (ed. Jacoby, Teubn. 1888) et in epistola 9, 10 sub nomine Isocratis tradita: *Ἅπαντα δ' ὑπερβάλλει τὰ δεινὰ γύναια τῶν ἀποστατῶν καὶ παιδία νήπια καὶ γηραιοὶ γονεῖς, ἐν ἐσθῆσιν ἐλεειναῖς καὶ σχήμασι πενθίμοις περιφθειρόμενοι*[1]) (Isocr. *ἐνίας δ' αὐτῶν ἐν ῥάκεσι περιφθειρομένους*) *κατὰ τὴν ἀγορὰν* (Lyc. *καθ' ὅλην τὴν πόλιν*) *καὶ τοὺς στενωποὺς κλαίοντες, ἱκετεύοντες, ἁπτόμενοι δεξιᾶς ἑκάστου καὶ γονάτων, ἀπολοφυρόμενοι τὴν κατέχουσαν αὐτοὺς καὶ ἔτι μᾶλλον καθέξουσαν ἐρημίαν, δεινὴ καὶ ἀνυπομόνητος ὄψις* (Lyc. *ἀναξίως ὁρωμένας*, Isocr. *ταύτας ὑπὸ πολλῶν ὁρᾶσθαι γυμνάς*). Qua in Dionysii Hal. lectione pro codi-

---

1) codd. *περιφερόμενοι*.

cum vocabulo *περιφερόμενοι* Cobet (obs. crit. p. 16 et 121) rectissime restituit *περιφθειρόμενοι*, cum illud *περιφέρεσθαι* ad hunc Dionysii locum minime accommodatum spectet plerumque ad stellarum motus vel rotarum similiumque rerum versationes significans circumferri in orbem. Praeterea adhibetur etiam translate coniunctum cum vocabulis velut fama, nuntius, ubi significat „dissipari“.

Opinor Suidae codicem Leocrateae meliorem praebuisse lectionem in ea paragrapho. Quod ex ceteris huius loci lectionibus, quae differunt apud Suidam a codicibus nostris, apparere credo, quia eas omnes paene rectius ac melius praebet Suidas. (*ἀφειμένους* pro codd. *ἀφεμένους*, *ὅλην τὴν πόλιν*, codd. om. *τὴν*, *τότε*, quod om. codd. cf. Blass, Lyc. praef.)

§ 71 § 71. *τὸν καταισχύνοντα τὴν αὑτῶν ἀριστείαν* cod. A^2; sed A pr. m. habet *αὑτῶ ἀρίστην*. Blass commutavit has lectiones in *τὴν αὑτῶν ἀρετήν*. Equidem praetulissem formam *ἀρετάς* secundum simillimum Hyperidis locum 6,3 *τὸ μὴ καταισχῦναι τὰς τῶν προγόνων ἀρετάς*. Sed minime credo illi codicis A pr. m. locutioni corruptae *ἀρίστην* subiectam esse formam *ἀρετήν*. Longe aliter sentio de ea scriptura: Rectissime correxisse mihi videtur illa altera manus corruptam formam *ἀρίστην* in *ἀριστείαν*.

Ipsum illud corruptum *αὑτῶ* pro *αὑτῶν* indicat levitatem librarii, qua omittitur litera. Eadem levitate mutatum est prisca forma *ἀριστείην* vel *ἀριστίην* in *ἀρίστην* omissa diphthongo *ει* vel vocali *ι*. Nam procedente aetate magis ac magis irrepserunt formae Ionicae ac Doricae in exitus multorum vocabulorum. Quo fit, ut legamus et in inscriptionibus illius aetatis (cf. Meisterh. gr. inscr. Att. p. 17 sq.) et apud scriptores multas eiusmodi formas. Diphthongum *ει* saepissime mutilari in vocalem *ι* ostendit Meisterhans in grammatica p. 48 (§ 15 nr. 25). Ex hac posterioris aetatis forma *ἀριστείην* vel *ἀριστίην* exorta est forma *ἀρίστην*.

Haud inepte coniectans etiam derivare possis *ἀρίστην* ex mutilata forma prisca *ἀριστήαν*, quo in vocabulo levitate omissa est vocalis *α*. Huius formae vocabula (*εὐσέβηα ἱέρηα*, *παιδήα* e. a.) permulta irrepsisse ab altero a. Chr. n. saeculo cognoscas ex Meisterhansii grammatica p. 47 sq. (§ 15.)

Substantivum *ἀριστεία* invenitur apud Sophoclem in Aiacis v. 443 (ed. Nauckii) et apud Platonem in Legibus XII 943 B, quibus locis significat virtutem praemiis ac laudibus exornatam. Haec significatio sine dubio melius Leocrateae loco convenire videtur quam illud languidum vocabulum *ἀρετήν* Hesychius duobus locis praebet hoc substantivum.

Multas coniecturas in § 150 experta sunt verba ultima orationis τῆς ὑπὲρ τῶν νόμων καὶ τοῦ δήμου σωτηρίας, quam constructionem non esse Graecae linguae propriam opinatus est olim Taylor. Longum est omnes afferre emendandi conatus illos, quos protulerunt ii, qui sequebantur Taylorium. Contulit ea, quae huc pertinent, Frohberger in Philol. vol. XXXIII. p. 559. Conferantur ea quoque, quae adnotata sunt in Philol. vol. V p. 465. Es veram lectionem haud facile restitutum iri existimat. § 150

Quaestio est igitur, num abhorreat a Graece dicendi usu illa constructio σωτηρία ὑπέρ. Nam hodie quoque non deesse, qui censeant illam codicum lectionem non Graecam ideoque aspernandam esse apparet ex recentissimis Leocrateae editionibus Blassii, Nicolai, qui Reiskianam acceperunt coniecturam τιμωρίας ὑπέρ pro σωτηρίας ὑπέρ. At diligenter si perquirimus constructiones eius generis apud scriptores Graecos, non modo non abhorrere a Graece dicendi usu, sed propriam eius esse et frequenter usurpatam cognoscimus. Qua de re bene disputat Kuehner (Gerth) gr. Gr. 1, § 414 adnot. 3; hac proprietate[1]) cognita non iam poterimus in dubium vocare illius generis constructionem. Optime cognoscas hanc proprietatem, si componas locutionem, quae saepius apud oratores invenitur, τιμωρία κατά τινος, quae structura eundem fere usum praepositionis prae se fert. τιμωρεῖν τινα — σῴζειν τινά, τιμωρία κατά τινος (= contra) — σωτηρία ὑπέρ τ. (= pro).

Si nemo constructionem τιμωρία κατά repudiat (Lyc. 140 τὴν κατὰ τῶν προδιδόντων τιμωρίαν „Bestrafung der Verräter“. Din. 1, 47 τιμωρία κατὰ τῶν ἐπιόρκων καὶ πονηρῶν, 1, 105 τιμωρίας δ' ἕνεκα τῆς κατὰ τῶν ἐνόχων ὄντων, 1, 41 τὴν κατὰ Δημοσθένους τιμωρίαν. Aeschin. 3, 223 τὰς κατὰ σαυτοῦ τιμωρίας, sed 1, 122 τὴν εἰς ἐμαυτὸν τιμωρίαν), ne illam quidem Lycurgeam σωτηρία ὑπέρ aspernari licet. Exemplum huius usus eiusque varietatis illud quoque Demosthenis praebet 19, 76 τοῦ περὶ Φωκέας ὀλέθρου distinctius expressum pro illo altero eiusdem orationis τοῦ τῶν Φωκέων ὀλέθρου 19, 60 141 335.

Certissimum autem documentum habere mihi videor inscriptionem Graecam, ubi inveni simillimam locutionem adhibita eadem praepositione ὑπέρ: Syll. Dittenb. nr. 342_{42} εἰς τὴν ὑπὲρ τῆς πατρίδος σωτηρίαν. Qua

---

1) cf. Rehd. Lyc. Leocr. adnot ad § 150 (p. 101).

inscriptione ad defendendam hanc Lycurgi locutionem allata ne minima quidem dubitatio relinquitur, quin et in Ps. Dem. or. 26, 12 codicis Σ lectio conservanda sit *εἰς μὲν τὴν ὑπὲρ τῆς πατρίδος σωτηρίαν* (cf. Rehd. p. 101 adnot. ad § 150).

Huius modi structura inscriptione, ut ostendi, testata eo faciliorem nancta est aditum, quod synonymum huius vocabuli *βοήθεια* eandem habuit constructionem, id quod Rehdantz observavit in adnot. ad § 150. Loco illi a Rehdantzio ex Ps. Demosth. or. 56, 15 allato equidem addere velim ex Syll. Dittenb. nr. 303_{24} *τὴν ὑπὲρ τοῦ δήμου βοήθειαν*, prope accedit Aeschin. 3, 120, *ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων . . . βοηθῶ.* Lycurgus ipse in § 133 *ὃς γὰρ ὑπὲρ τῆς αὑτοῦ πατρίδος οὐκ ἐβοήθησεν* scribit.

Curriculum vitae.

Ego Otto Gebhardt, qui scripsi has adnotationes criticas ad Lycurgi orationem in Leocratem, natus sum anno 1878 a. d. XV. Kal. Oct. in vico „Altisheim“ prope oppidulum „Donauwoerth“ in Suebia Bavariae provincia sito patre Jacobo Gebhardt eiusque uxore Amalia. Ludum frequentavi puerorum Donaverdensem per quinque annos. Studiis humanitatis me dedi in gymnasio oppiduli Dillingae, ubi novem annos versatus sum. Quo gymnasio anno 1898 absoluto cum migravissem ad universitatem Monacensem, quattuor annos in studia philologiae classicae incubui. Tribus annis exactis priorem partem exegi examinis publici, quod est de disciplinis philologiae et historiae. Anno post alteram eiusdem examinis partem peregi. Qua in parte has quas nunc permitto disputationes arbitrio benigno amplissimi philosophorum ordinis Monacensis ad rite impetrandos summos in philosophia honores, Regali ministerio eisque, qui praeerant examini illi, diiudicandas dedidi. Examine eo superato gymnasio Monacensi Guilelmino quod vocatur, ut discerem artem puerorum erudiendorum, addictus perrexi emendare atque amplificare has adnotationes.

Examen rigorosum superavi a. d. X. Kal. Sext. 1903.